

I. N. D. N. J. C.
Disputatio Juridica
DE
CODICILLIS,

Quam
Indultu atq; Permissu
Magnifici Dn. Ordinarii, Amplissimi Dn. Se-
nioris, necnon reliquorum Consultis. &
Excellentis. Inclutæ Facultatis Juridi-
cæ Assessorum.

SUBPRÆSIDIO

*Viri Reverendi, Amplissimi & Con-
sultissimi*

Dn. GEORGII-TOBIÆ Schwendendorffer / Phil. &
J. U. D. Pand. Prof. Publici, Facultatis Juridicæ, nec non Curia
Elect. Supremæ Assessoris, Episcop. Eccles. Martisburg.
Canonici & Majoris Principum Colle-
gii Collegiati. &c.

*Dn. Praeceptoris & Promotoris sui omni observantiâ
prosequendi.*

Publicæ συζητήσεις subjicit
PAULUS Wagner / Lipsiensis.
In auditorio Collegii Paulini.
Ad d. 26. Martii, Anno M. D. C. XL.

Diss. jur. civ.

515/48

ipſiæ exſcribebat GREGORIUS RITZSCH.

110

GODIGHEIT

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

A N T E L O Q U I U M.



Um omnis nostra institutio *autore* Cicerone *lib. 1. off* à Definitione debeat proficisci, ut sciamus, quid sit, de quò disputatur *Sim. de Præt. de J. U. V. lib. 2. Interpr. 1. dub. 1. n. 1. & seqq. Mascard. de prob. vol. 1. q. 2. n. 1. Everh. in Top. Loco à defín. 3. in pr.* siquidem Definitio vim, naturam & potestatem definiti explanat, *Mascard. d. loc.* adeò ut qui absque definitione cognitionem docere conatur, illi idem quod cæco viatori, hinc inde errãti usu venire soleat. *Athanas. in tr. de Defín. f. 28. in edit. Basil.* est namque oculus, qui vim rationis, & quæ mente concepimus, breviter explicat: imò habetur tanquam Regius censor, rei naturam demonstrans, *Ruland tr. de Commiss. cap. 1. n. 2. lib. 1. ubi ref. Tiraqvell de Jur. Primog. in pr. & alios,* itaque non videbimur operam luisse, si propositam, frequentissimam, utilem & necessariam, *pr. J. de Codicill. in foro fori, ut loquitur Fabian. Turrett. tr. de effect. & defect. Cl. Codicillaris. in proæm. n. 2.* Codicillorum materiam, à definitione inchoemus: præmissâ tamen aliquali nominis expositione. In vocabula enim inquirere præstat ne decipiamur in tractanda, vel cognoscenda re *Ruland. d. tr. de Commiss. cap. 2. n. 1.* quibus intellectis, eorumque virtutibus cognitis, tantò rectiùs ipsam rem (cujus intelligentia à verborum notitiâ pendet. *Gell. lib. 13. c. 9. de Antistio Labeone JCro. quem citat Wolfg. Heider. de Constit. Polit. tit. nomen. pag. m. 4. in f.*) intelligere, & intellectam faciliùs determinare possumus.

T H E S. I.

Codicilli vocabulum (a) (quod Græcis *γραμματεῖον*, Theophilo *κωδικέλλ* est) sic dictum *κατὰ μείωσιν* à Codice: (b) in Jure *πολύσκιμον* reperitur (c).

(a) Rectè Singulari, aut unitatis numero prolatum, *juxta l. is qui unum. 19. ff. de Jur. Codicill. l. si ita. 38. ff. de condit. & demonstr. L. Manichæos*

nichæos. 4. §. ergò. 5. C. de Heret. & Manich. L. Hac consultissima. 8. C. qui Testam. fac. poss. l. non codicillum. 14. l. cum antiquitas. 28. C. de Testam. L. ult. C. Fam. ercisc. Novell. 159. in praf. vers. manifestum. quamvis tempore Jcti Caii solummodò Pluralem numerum, perindè ut pugillarium & liberorum obtinuisse attestetur, l. non est sine liberis. 148. de V. S. Pratej. in Lex. Verb. Codicillus. Vasq. de Success. progress. §. 30. n. 2. Bocer. Disput. Illust. Class. 2. Disp. 6. th. 2. lit. a. Mejer. in Coll. Argent. hinc. th. 2. Rittershus. Inst. h. pr. Harpr. ibid. n. 10.

(b) Quia in breviori chartula vel Codice, quàm Testamētum fiebat, ut eò faciliùs, quo cuique commodum esset circumferri & in sinu gestari possit; neque illas solennitates ad Testamentum requisitas exigebat: Unde Gl. ad rub. f. b. asserit Codicillum se habere ad Testamentum, non aliter ac scapha sese habet ad navim, L. si navem, f. de instruct. vel. instrum. leg. Sichard, ad Rubr. C. b. n. 1.

(c) Videlicet denotat quandoque (1) Parvum Codicem, seu minutum libellum, L. librorum. 53. in pr. ff. de legat. 3. (2.) Diploma seu literas Imperiales aut Principales, L. administrantes 41. pr. de Excus. Tutor. L. nemo. 1. pr. C. ut omnes Judices. L. Judices 12. C. de dignit. §. filiusfamilias. f. quib. modis Jus. patr. pot. (3.) Instrumentum ultimæ voluntatis à **Tabulis Testamenti distinctum**, l. si idem. pen. C. b. (4.) Ipsam **voluntatem**, quando videlicet Codicillus coram quinque testibus verbis nuncupatur, l. si quis patronum. 3. pr. C. de bon. libert. l. generali. 13. C. de SS. Eccl. L. ne Codicillos. 5. C. b. & hæ duæ posteriores significationes frequentissimæ sunt & hujus loci; Juxta quas, Codicillus aliquando **appendix**: argum. l. rupto. 1. pr. C. b. **accessio**: argum. l. si quis in gravi. 3. §. si quis Codicillos. 25. ff. ad SC. Silan. arg. l. quod per manus. 10. ff. b. l. in bello. 12. §. 5. ff. de Captivis & postlim. pars: l. quidam referunt. 14. pr. ff. b. l. sicut. pen. ff. Testam. quem. aper. **imitatio**: argum. d. l. quidam referunt. 14. **Seqvela**, argum. l. ab intestato. 16. in fin. b. & **supplementum**, arg. l. uxorem. 41. §. Codicillis. 2. ff. de leg. 3. à Theophilo ad pr. f. b. ἐπιπῆς ἐν Δαθήκῃ γνῶμης τεσάτωρ & ἀναπλήρωσις à Moschopulo in lib. περὶ κεδῶν διορθώσις τῆς Δαθήκης correctio Testamenti vocatur.

THE S. II.

Est autem Codicillus (a) ultima voluntas, (b) quâ quis

quis, sine heredis directâ institutione (c) ritè (d) disponit, quid post mortem suam (e) fieri velit.

(a) Ita rectè definitur ab Henrico Bocero *Class. 2. disp. 6. tb. 2.* cum quâ definitione & illæ, quas Schneidvv. *in rubr. Inst. de Codicill. n. 2.* & VVesemb, *in paratit. Dig. n. 2.* proponunt, reipsâ conveniunt.

(b) *Secundum l. 1. ibi:* Si novissimam ejus voluntatem secutus, & *L. 2. ibi:* per hujusmodi etiam novissimi judicii ordinationem, *C. hic. pr. 7. eod. ibi:* voluntatem ejus. Voluntas autem nihil aliud est: quàm deliberatio animi intelligentis & acceptantis illud, quod vult. *Tib. Decian. cons. 18. n. 327. lib. 1. Mantic. de C. U. V. lib. 1. tit. 3. n. 6. Sim. de Præst. in tr. de 7. U. V. lib. 2. dub. 1. sol. 2. pr. Fab. Turret. q. 22. n. 7. Vasq. de S. P. §. 30. n. 4.*

(c) Nam licet Codicillis etiam si Testamento confirmati sint, hereditas neque dari, neque adimi possit, *L. si ei. 2. §. hereditas. ult. l. Divi. 6. pr. l. quod per manus. 10. hic. l. hereditatem. 2. C. eod. l. pen. §. ult. ff. de condit. instit. Jason. in l. rupto. n. 2. C. b. Sim. de Præst. de 7. U. V. lib. 2. dub. 1. sol. 10. n. 14. Ant. Faber in Cod. lib. 6. tit. 5. defin. 1. in not. n. 2. & 3. Moller. 3. Sem. 43. n. 7. Sichard. ad Rubr. C. b. Gratian. Discept. Forens. cap. 902. n. 1.* ad evitandam confusionem jurium Testamenti & Codicillorum, §. *codicillis autem 3. 7. hic.* non enim solum appellatione & nomine, sed etiam specie, adeoque vi ac potestate ipsâ inter se differunt, quæ utique confundi non oportet, *Förster. de Success. cap. 20. n. 16. lib. 1. Reusn. d. tr. de Codicillis. cap. 7. n. 6.* si namque idem Codicilli ac Testamentum possent, cur diversum his instrumentis vocabulum mandaretur, quæ vis & potestas una sociasset, ait *Imp. Constantinus in l. si idem. 7. C. b. t.* Tamen non dubium est Fideicommissi modo. *d. §. Codicillos autem, vers. nam per Fidei commissum* hereditatē Codicillis jure relinqui posse. *l. 2. ad Trebell. §. fin. Inst. b. t. Gratian. d. cap. 902. n. 2.* Præsertim cum & verba directâ in Codicillis posita, aliquando pro fidei commissariis aut precariis accipi soleant, *l. si pater. 5. C. de Fideicommiss. L. Scævola, 76. ubi Br. & alij ad SC. Trebell. Vasq. de S. P. §. 25. n. 19. Gail. 2. obs. 114. n. 3. Bocerus d. disp. 6. tb. 25. per tot. Nic. Reusn. d. l. n. 12. Besold. thes. præct. sub lit. C. n. 28. vers. sane. Aug. Barbosa. Clausul. 21. n. 20.* Dummodò disertè constet Testatorem voluisse **facere Codicillum**: sive id ab initio voluerit: sive mutato consilio vi clausulæ Codicillaris Testamentum transmutaverit, *Donell. lib. 7. Comm. Jur. Civ. cap. 19. cir. fin.*

(d) Secundum Regulas Juris. l. Procuratore. 55. ff. de Procurat. Fab. Turr. tr. de Eff. & Def. Claus. Codicill. q. 22. n. 5. Calvin. in Lexic. verbo Ritè (pag. m. 1766. n. 60.) Nam licet §. fin. 7. de Codicill. loquatur per dictionem universalem Negativam, & dicat, nullam solennitatem ordinationis requiri in Codicillis, attamen non videtur statuere, quasi liceat unicuique temerè & quovis modo, exclusis & neglectis omnibus & singulis solennitatibus ad Codicillandum prorumpere: Sed saltem miseram & rigidam diligentiam l. pen. §. ult. ff. de leg. 2. qualem juris scrupulositas nimiaque subtilitas in Testamento requirit, l. Postumus. 12. pr. de injust. rupto. & in Testium septenario numero. l. 8. 12. 21. 26. 28. 30. & ult. C. de Testam. rogatione. auth. Rogati. C. de Testib. Novell. 90. cap. 2. sigillatione l. 4. 6. & 7. ff. Testam. quemad. aper. l. 22. de Testib. nec non in Testatoris, si literas norit, authographo. l. cum antiquitas. 28. §. 1. & l. seq. C. de Testam. & aliis solennitatibus, consistit, remittit: Manente nihilominus alià adhuc observatione, quoad scilicet quinarium Testium numerum, actum continuum & subnotationem, si Codicilli in scriptis fiant, ut est hac de re tex. express. in l. fin. §. ult. C. de Codicill. quæ adeò sollicitè tenenda est, ut ea neglecta actus totus corruat & nullus fiat. Sichard. ad rub. C. d. t. n. 3.

(e) Ad differentiam Contractuum, qui inter vivos fiunt & statim obligationem pariunt, l. Labco. 19. vers. contractum. de VS. neque revocari ullo modo possunt, l. 1. pr. de Paët. l. sed addes. 19. §. 9. inf. ibi, fidem contractus impleri æquum est: L. 21. ibi, bona fides exigit, ut id, quod convenit fiat. ff. Locati. l. contractus. 23. ibi, hoc servabitur, quod ab initio convenit, de R. 7. nisi utraq; parte consentiente. l. sicut ab initio. 5. C. de O. & A. l. inter stipulantem. 83. §. 1. de Verb. Obl. Cum è diverso Codicilli perinde ac Testamentum l. 1. ff. qui Testam. fac. poss. quod imitantur. argum. l. quidam referunt 14. arg. l. ab intestato. 16. b. semper vivo disponente propter ambulatoriam voluntatem, l. quod si iterum. 4. ff. de adim. leg. l. 1. C. de SS. Eccl. revocari possint, l. si quis in principio. 22. in pr. ff. de leg. 3. & non nisi post mortem ejus valere incipiant. l. un. §. cum igitur. 1. C. de Caducis toll. tot. tit. ff. C. & Inst. de Codic. Reusn. tr. de Cod. cap. 3. n. 17.

THES. III.

Codicillus vel verus est (a) vel Codicillus quasi, (b) isque vel Testamentarius (c) vel Subsidiarius (d.)

Vul-

Vultej. lib. 1. Jurispr. Rom. cap. 73. n. 73. (a) Qui heredis institutionem obliquam seu Fideicommissariam habet, ac nihil desiderare, sed quasi Testamentum quoddam per se subsistere, aut vice Testamenti esse, ab intestato factus intelligitur, l. si quis. 3. pr. l. conficiuntur. 8. l. ab intestato 16. ff. b. l. quia autem. 6. Si quis omissa caus. Pet. Greg. par. 3. synt. lib. 43. c. 1. n. 7. Bocer. Cl. 2. disp. 6. th. 39. Alhus. 1. Dic. 52. n. 8. Card. Tusch. Pr. Concl. lit. C. concl. 404. n. 3. 4. & 6. Harp. ad §. 1. f. b. n. 5.

(b) Sic dictus in respectu Codicilli veri, cum nempe per se subsistere non valeat. l. ante tabulas 5. ff. b. Sed quidquid habet vigoris illud Testamento acceptum referat. l. (sui) 2. §. Codicillorum. 2. l. quidam referunt. 14. pr. ff. cod. quod quandoque antecedere aut sequi, quandoque pro parte sustentare videtur collabefactum.

(c) In specie ita vocatus; quem Jcti Codicillum ad Testamentum factum, vel ad Testamentum pertinentem appellant, d. l. ab intestato l. Plotiana. 19. ff. b. l. cum hi. 8. §. haec oratio. 2. ff. de Transf. l. post legatum. 5. §. qui principale. 14. ff. de his quae ut indign. l. rupto. 1. C. b. & est Pars, appendix & seqvela Testamenti, l. 2. §. 2. l. 11. Testam. quemad. aper. l. 3. §. 25. ff. ad SC. Silan. l. 14. ff. b. inque illo relicta censentur, data Testamento, & per actionem ex Testamento petuntur, Sim. de Præ. de f. u. v. lib. 2. sol. 10. n. 25. Car. Tusch. Pr. Concl. lit. C. concl. 404. n. 2.

(d) Sive Surrogatus, Petr. Greg. lib. 43. Synt. c. 1. n. 19. qui plerumque Clausula Codicillaris, Fideicommissaria, Reufn. Tr. de Cod. c. 23. n. 1. Myns. ad §. non tantum. f. b. n. 3. Communis & vulgaris vocatur, Sim. de Præ. cit. loc. n. 29. vers. bis breviter.

THE S. IV.

Clausula autem Codicillaris nihil aliud est, quam cautio declaratoria (a) ulterioris voluntatis Testatoris, inserta Testamento, (b) ad reducendum illud ad causam Fideicommissi, si directo jure valere non potest, (c)

(a) argum. l. Titia. 13. pr. de inoffic. Testam. ibi cavit. & l. 19. pr. ibi. cavendo. ff. de Testam. milit. Id quod & innuunt variae formulae in jure reperiuntur, v. c. Si dispositio non valet Jure Testamenti, seu ut Testamentum, vice

vice jureque Codicillorum valeat, *l. si miles. 3. ff. de Testam. mil. l. si quis agere. f. pr. §. 1. C. b. l. si jure non subsistit. 11. C. de Testam. manum. l. sepiissime. 1. ff. b. ταύτην τὴν Διαθήκην βέλτομα εἶναι κυρίαν ἢ τὴν διάσῃς ἐξ ἑσίας, l. ex ea scriptura. 29. §. 1. §. f. ff. de Testam. N. 159. in pref. vers. manifestum. ibi: ἐκ πάντων τρόπων ἰχῦειν omni (meliore) modo firmitatem obtineant. Lucius Titius hoc meum Testamentum scripsi sine ullo Jurisperito ratione animi potius secutus, quam nimiam & miseram diligentiam, & si minus aliquid legitime, minusve perite fecero, pro jure legitimo haberi debet, hominis sani voluntas, *L. Lucius Titius. 88. §. ult. ff. de leg. 2.* Ea omnia, quae supra dari fieri jussi, ea dari fieri volo, ab omni herede, bonorumve possessore, qui mihi erit etiam jure intestato. Item, quae dari jussero ea ut dentur fiantque fidei ejus committo, *L. Titia. 13. ff. de inoff. Testam. L. querebatur. 19. pr. de Testam. milit. l. postumus. 12. §. si paganus. 1. de injusto, rupt. Harpr. ad §. non tantum. 1. f. b. n. 6. Mejer. C. A. hic th. 16. Reusn. cap. 23. ubi etiam n. 7.* Formulam Germanicam Clausulae Codicillaris describit his verbis: *In fall dñs mein Testament/Ordnung vnd Geschäfte/einsiger Ursachen oder Mangel halber/von Rechtswegē nicht als ein Testament geltē solte. So soll es doch/als ein Codicill, oder ander Geschäfte eines letzten Willens/nach dem allerbesten/als es von Gewonheit vnd Rechtswegen am meisten Krafft haben möchte/geheissen seyn/vñ also auffgenommen / verstanden vnd vnverbrüchlich gehalten werden/te.* Quamq; dicit usitatissimam esse, ac in omnibus ferè Testamentis à Tabellionibus sive Notariis poni solere. Ex praesumpta tamen Testatoris voluntate, *Turret. tr. de eff. §. defect. Claus. Codicill. q. 4. n. 3. Aug. Bar. of. Clausularum. 21. n. 3.* Qui in dubio videtur demandasse Notario omnes Clausulas salutares & consuetas apponere, *argum. l. quod si nolit. 31. §. quia assidua. 20. de Aedil. edict. l. ex ea parte. 121. pr. de V. O. Sim. de Præct. de f. U. V. lib. 2. fol. 10. n. 55. §. 58.* Unde regulare putamus esse, quòd omnia, quae reperiuntur in Testamento scripta, propter Tabellionis fidem, praesumantur esse voluntatis Testatoris. *Sim. de Præct. d. loc. n. 56.* Quippè cum verba Notarii quoad scripturam dicantur verba sua: quoad verò ordinationem & dispositionem partis disponentis, *Idem d. loc. n. 60. Mant. de Conj. U. V. lib. 1. tit. 9. n. 2. §. 3. vid. Mascard de Prob. vol. 1. concl. 309. n. 2. §. seqq.**

Nihil autem in effectu interesse cum Hartm, Pistor, *lib. 4. q. 9. n. 10. vers. §. quamvis. §. n. 19. in f. Hub. Giphon. ad l. fin. §. in omni autem.*

C. b.

C. b. Mejer. in C. A. b. th. 17. concludimus, utrum salutaris illa Clausula
concipiatur Copulativè, (volo quod valeat jure Testamenti & Codicillo-
rum.) Turr. de eff. & def. Cl. Cod. q. 12. & 14. Car. Tusch. praët. concl. lit. C.
concl. 292. n. 6. quam & ampliativam vocat Sim. de Præt. & J. U. V. lib.
2. fol. 10. n. 75. alternativè (valeat jure Testamenti aut Codicillorum) Turret.
q. 16. inf. Card. Tusch. d. loc. n. 179. Diminutivè, (valeat jure Testamēti saltē
vel jure Codicillorū) Sim. de Præt. d. l. n. 76. Turr. q. 13. per tot. Tusch. dict. n. 179.
Conditionaliter. (Si non valeat jure Testamenti, valeat jure Codicillorū,) *Sim. de Præt. n. 77. Tusch. n. 175. Simpliciter (& si non valet) Tusch. n. 183.*
Plenius sive magis prægnanter. (& si non valet ex quocunqve defectu & ex qua-
 cunqve causâ) *Tusch. d. n. 183. Plenissimè, (& si non valet, vel valere nō potest,*
vel poterit jure Testamenti, valeat jure Codicillorum, etsi non potest, jure Codi-
cillorum, valeat jure donationis inter vivos, & si non potest jure donationis inter vi-
vos, valeat jure donationis causa mortis.) Tusch. n. 184. An etiam per verba
præsentis temporis tantūm (si hoc Testamentum non valet jure Testa-
menti.) Sim. de Præt. n. 79. Turret. q. 2. & q. 3. n. 36. Tusch. n. 6. an etiam
per verba Futuri temporis, (si non valet aut valebit) Sim. de Præt. n.
91. Turr. q. 68. n. 6. q. 40. n. 2. & q. 69. n. 54. Tusch. d. l. n. 12. 61. & 182. aut
per æquipollens verbum quod ad utrumqve tempus trahi potest:
veluti per Præteritum Imperfectum Optativi vel Subjunctivi mo-
di (si non valeret) Sim. de Præt. n. 90. Turr. q. 100. n. 2. & 5. Tusch. n. 18. Præ-
teritum Perfectum & Futurum (si non valuerit) Sim. de Præt. n. 82.
Tusch. n. 17. aut per Infinitivum (si non potest valere) Sim. de Præt. n.
46. Turr. q. 11. pr. prolata aut scripta fuerit. Semper enim leges
quoad possunt, volunt accommodari usibus hominum, & præfer-
tim ultimis voluntatibus latissimè propagandis impensè favent, ut,
quod publicè expedit, supremum hominum judicium, ac licitum,
iterum non rediturum arbitrium pro renata liberum exitum for-
tiatur, l. in Testamentis. 12. de R. J. cap. cum dilecti X. de donat. l. vel nega-
re. 5. ff. Testam. quem. aper. l. 1. C. de SS. Eccl. Pratej. in Lex. verb. Codicilli.
Berlich. par. 3. concl. 4. n. 31. inf. proindè juris formulas aucupatione
syllabarum insidiantes, cunctorum actibus radicitus amputandas
consent, verba sunt l. 1. C. de Formul. & impetr. act. subl. add. l. quotiens.
80. de V. O.

(b) Scilicet expressis verbis, quandoquidem Clausula Codicillaris non expressa, regulariter non subintelligitur, *l. 1. ibi*: nec voluit quasi Codicillos valere, *ff. b. l. si jure non subsistit 11. l. ibi*: cum non fuisset adjectum, ut pro Codicillis scriptura valeat. *C. de Testam manum. l. si quis agere fin. §. illud quog₃. 1. ibi*: nisi id ille complexus sit, *C. b. Böer. decis. 33. Sim. de Præ. de J. U. V. lib. 2. fol. 10. n. 32. Petr. Greg. par. 3. Syntag. l. 43. c. 1. n. 16. Giph. ad L. f. §. illud quog₃. C. b. Tusch. præct. concl. tom. 1. lit. C. concl. 292. n. 185. Barbof. Claus. 21. n. 4. inf. Rationem reddit ex Br. in l. si librarius. ff. de R. J. Polyd. Ripa tr. de N. T. cap. 142. inf. Quòd videlicet Clausulæ sint in duplici differentia, aliæ, quæ consueverunt apponi potissimum ex facto Notarii ad solennitatem actus & ideò suppleri possunt. Aliæ verò ex facto partis ad majorem scilicet voluntatis expressionem (qualis & hæc nostra est) quas subaudi jura non concedunt. Undè, si heres institutus sit, etiamsi necessaria deficiat solennitas, non tamen Codicillus, sed Testamentum, & quidem non rite factum, seu nullum & injustum scriptura dicitur; nec, cum non appareat luculentus auctoris consensus in vim Codicillorum sustinetur. Cedit siquidem Conjectura, quæ ex solennitatis defectu oritur, præsumptioni, quæ ex ipsâ rei substantiâ resultat: Multoquæ tolerabilius esse videtur, inutilem potius reddi dispositionem Testatoris, quàm admitti, ut aliquid contra ejus voluntatem obveniat. Eo namque ipso, quod Testator aliquem principem solennitatem omisit, indicat, se pœnitentiâ ductum, actum benè coeptum elusorium reddere maluisse. Reusn. tr. de Codic. cap. 11. n. 5. & seq.*

Excipiunt tamen Dd. casum (1.) quo quis Testamentum suum Juramento confirmavit. per text. in *L. cum Pater. 77. §. Filius matrem. 23. de Leg. 2. Mant. de C. U. V. lib. 1. tit. 9. n. 12. Grat. cons. 15. n. 12. lib. 1. Myof. obs. 59. cent. 5. Gail. lib. 2. obs. 114. n. f. Sim. de Præ. all. loc. fol. 10. n. 36. & seq. Vasq. de Succ. Progr. lib. 3. §. 30. n. 19. vers. tertio intellige. Job. Dauth. de Testam. rubr. de Testibus Testamentariis. n. 448. Giph. ad l. fin. §. fin. C. b. Petr. Greg. Synt. par. 3. lib. 43. c. 1. n. 15. Harpr. ad §. 1. J. b. n. 7. Hanc autem assertionem Fr. Mantica cit. loc. Tripliciter restringit, dicendo eam solummodò locum habere: 1. Si Testamentum deficiat in solennitate, secus verò, si in substantiâ vel personâ Testatoris aut ejus voluntate quid desideretur, n. 13. vers. hoc primum. 2. Quando illud*

illud Testamentum habet legitimam Codicillorum solennitatem : ratio est : Quia Juramentum facit actum eo modo , quo fit , invalidum, transfundi in alium actum, qui valere possit, ideò necessarium est, adhibitam fuisse solennitatem, quæ huic actui possit sufficere.

3. In Juramento Testatoris, non autem juramento heredis, n. 14.

Aut (2.) eos vocavit, quos ardentè & summoperè adamavit, l. in Testamento. 38. ibiq; Gl. verbo debuisset de Fideicom. lib. Tiraq. in l. si unquam verb. libertis. n. 103. Mant. de C. U. V. lib. 1 t. 9. n. 8. Petr. Greg. d. loc. vers. suppletur. Sim. de Præ. d. l. n. 39. & seqq. Böer. decis. 34. inf. Harpr ad d. §. 1. 7. b. n. 7.

Aut (3.) Inter liberos disposuit, argum. l. fin. C. Fam. ercisc. Vasq. de S. P. lib. 3. §. 30. n. 19. vers. quintò intellige. Mant. de C. U. V. d. t. 9. n. 5. Harpr. d. l. ratio est : quia id, quod ex animo nostro pendet, intelligimur facere omni jure modoqve, quo meliùs facere possimus, ad hoc ut actus valeat. l. 3. de milit. Testam. voluntasqve disponentis, quæ legibus non repugnat, pro lege servatur, Arism. Tepat. Comp. decis. t. 596. c. 3. Hæc qve dispositio cum sit introducta ob favorem liberorum. Dom. Magdal. par. 1. cap. 16. n. 22. & seqq. qui, etiam si Testamentum conditum non esset ex naturali quadam succedendi ratione, l. cum ratio naturalis 7. pr. ff. de bon. damn. ob votum parentium, l. Julianus. 26. §. 1. ff. Si quis omissa caus. L. Scripto 7. §. 1. unde liberi ad hereditatem maximè debitam vocantur, l. fin. §. si quis verò, 2. inf. ibiq; Gothofr. verb. debita. C. b. l. cum furiosus 7. §. fin. verò ibi: quasi debita C. de curat furios. L. un. vers. æquè ex diverso C. de impon. lucr. descript. d. l. 7. de bon. damn. d. l. 7. §. 3. unde liberi. Dom. Magdal. d. loc. valdè privilegiata est, ut post multos demonstrat Sim. de Præ. all. loc. n. 37. & seq. Lex enim consultum voluit simplicitati & incuriæ, quâ pleriqve Parentum inter liberos solent ultima elogia componere, & quidquid quocunqve modo illi ordinassent, ratum esse firmumqve voluit, non aliter, atqve foret, si nulla unquam forma in Testamentis aut Codicillis componendis à lege reperta esset. Verba sunt Vasq. de Succ. Progr. lib. 3. §. 30. n. 43. Modo ista dispositio liberos non egrediatur, Vasq. d. l. n. 35. vers. quid si Testamentum. Vid. Dauth. cit. loc. n. 430. Aug. Barbof. Claus. 21. n. 5. Carpz. par. 3. const. 4. def. 38. n. 8.

Aut deniqve (4.) ob piam causam quid reliquit Hartm. Pistor. lib. 4. q. 9. n. 19. Harpr. ad §. 1. 7. b. n. 7. adeò ut & hæc dispositio planè non sit regulis Juris Civilis subjecta. Job. Dauth. d. l. n. 425. lit. c. Obpiam

causam autem id datum videtur, quod pietatis solummodo contemplatione Piis locis, usibus piis, aut personis miserabilibus conceditur. Piis locis: utputa religiosis. *l. in tantum. 6. §. sacra autem 3. de R. D.* & piis exercitiis destinata, ut sunt Scholæ & Gymnasia, *auth. habita C. ne filius pro patre.* Item Xenodochia, Nosocomia, Orphanotrophia & id genus alia. *l. illud quod ex veteribus 19. C. de SS. Eccl. L. orphanotrophos 32. C. de Episc. & Cleric.* Usibus piis: ut causa studiorum *Br. in l. in annum 14. C. de ann. leg. causa libertatis l. 1. §. sin autem pen. C. de comm. serv. manum. L. ancillam 15. C. de Fideicommiss. lib. causa dotis l. cum is. 32. §. mulier. de Condict. indebit.* Causa alimentorum *l. sancimus 22. C. de SS. Eccl. L. Mela 14. §. certè si 1. de alim. & Cibar. legat.* vel si quid in refectionem Pontium & viarum publicarum legatum est, *argum. L. ad instructiones itinerum 7. C. de SS. Eccl.* Deniq; miserabilibus personis: veluti, Orphanis, Viduis *l. un. C. quando Imp. inter pupill. vel vid. c. si privatam fin. causa 12. q. 1.* Docuit nuperimè Ampl. & Consult. Dn. D. Böhm/Præceptor & Meccenas meus perpetim honorandus *in prælect. ad L. hac consultissima 21. C. de Testam.* Pastorem tamen seu Ministrum Ecclesiæ aut Parochum sub titulo piæ causæ non venire colligit *ex cap. relatum est 12. vers. nomine autem Ecclesiæ, ext. de Testam. R. G. D. An. 22. tit. 45. §. Weil wir aber. vers. es soll auch gleichwol solch Recht/rc. Carpz. Jurispr. for. Rom. Sax part. 3. const. 4. def. 34. per tot.*

(c) Vis enim & potestas Clausulæ Codicillaris in eò potissimum consistit, ut sustineatur Testamentum, si minus fortassis solenne aut perfectum sit: quippe quod se tuetur lege Codicillorum, in quorum vim Testamenti vis tota convertitur, *L. ex Testamento 29. C. de Fideicommiss. L. si jure 11. C. de Testam. manum. L. generaliter 24. §. ex Testamento ff. 11. de Fideicommiss. lib. L. quia autem. 6. pr. & ibi Br. n. 4. ff. si quis omissa causa Sim. de Præst. de J. U. V. lib. 2. fol. 10. n. 30. Menoch. lib. 4. præf. 32. pr. Petr. Greg par. 3. Synt. lib. 43. c. 1. n. 14. Card. Tusch. præf. concl. lit. C. concl. 292. n. 1. Turret. q. 3. per tot. Reusn. tr. de Cod. cap. 23. n. 10. Aug. Barbosa. Claus. 21. n. 2. 7. 14. 25. 27. 29. adeò ut heredes scripti virtute hujus clausulæ per indirectum bona hereditaria consequantur, quæ directò ob Testamenti nullitatem consequi non potuissent. Verba sunt Gailii. 2. præf. obs. 114. n. 1. Vid. L. ex eâ scripturâ 29. §. fin. ff. de Testam.*

Testam. L. querebatur 19. pr. ff. de Testam. milit. L. Postumus 12. §. si paganus
1. ff. de injusto rupto. L. hereditatem 2. §. l. fin. §. illud quoque C. h. Turret. q. 1.
n. 1. & seq. Scheidvv. ad §. Codicillos n. 15. Harpr. §. 1. J. de Cod. n. 8. Dan.
Möller. ad constit. Elect. 3. n. 39. par. 3. Jul. Clarus. in L. Testamentum q. 46.
pr. Ant. Faber. in Cod. lib. 6. t. 5. def. 7. n. 2. Carpz. par. 3. const. 4. def. 38. n. 4.
 ubi hunc effectum insignem vocat, & ne Clausula Codicillaris in Testamento omittatur, svalor est. *d. l. n. 53.* Undè si Testator qui jam occupatus erat in Testamento faciendo, vehementia morbi impeditus, voluntatem suam, uti ab initiò quidem constituerat, perfectè explanare non potuit, adjecta Clausula operabitur, ut scriptura quæ ad Testamentum parabatur faciendum, quoad ea, quæ ibi scripta extant (non verò ea quæ omissa sunt, cum de illis difficilis sit collectio) valeat in vim Codicillorum. *L. si miles. 3. ff. de Testam. mil. Giph. ad L. fin. §. ult. C. h.* Et hoc observatur quoque in Substitutione pupillari verbis civilibus seu directis concepta, quæ quidem superveniente pubertate regulariter expirat & per se subsistere nequit. *l. verbis Civilibus. 7. l. in pupillari. 14. ff. de Vulg. & pupill. substit.* Convalescit tamen benignâ interpretatione per clausulam Codicillarem, *L. ex facto. 17. in pr. arg. L. Scævola. 76. ff. ad SC. Treb. cap. Raynutius 16. ibi Gl. X. de Testam. Vasq. de Succ. progr. §. 30. n. 19. vers. sexto. Mant. de C. U. V. lib. 6. t. 4. n. 14. Hartm. Pistor. par. 4. q. 9. n. 20. ubi plures autores all. & obs. 171. n. 7. & 8. Donell. 6. comm. 25. Tusch. tom. 1. concl. 406. n. 12. & 38. Turret. q. 88. per tot. August. Barbof. Cl. 21. n. 24.* Si modò Testamento adfuerunt quinque Testes *Sim. de Præf. de J. U. V. lib. 2. sol. 11. n. 2. Vasq. de Succ. Creat. lib. 2. §. 15. n. 43. Menoch. lib. 1. præf. 51. n. 8. Turr. q. 17. per tot. non pauciores. l. ult. §. fin. C. h. §. & quia f. vers. & neq. ex scriptura J. de Fideicom. hered. id. Turret. q. 18. per tot.*

Perdit tamen officium suum hæc nostra Clausula, nec quidquã operatur adjecta Testamento Patris, ex causa Præteritionis Filii jure ipso nullo, vel ex causa injustæ exheredationis inoffioso, *Fachin. lib. 4. controuv. c. 11. Harpr. §. 1. J. h. n. 23. & seqq. Berlich. par. 3. concl. 15. n. 59. Aug. Barbof. Cl. 21. n. 44. & 50. Carpz. par. 3. const. 9. def. 12.* Idquæ ideò ne fortè Fidei commissum à demente factum statuatur, & ita quodammodo leges ob has causas Testamentum annullantes & rescindentes eludantur, **omnisquæ** ferè honor liberis ex honorabili

institutionis titulo debitus, minuatur, *L. quidam Filium 31. ibi:* utpote injuriâ à patre adfectus, non compellatur fideicommissum à suâ personâ relictum præstare. *C. de Fideicommiss. L. Titia 13. ibi:* nec Fideicommissa ab intestato data, debere, quasi à demente. *ff. de inoff. Testam. L. nec Fideicommissa 36. ibi:* nec aliud quid pertinens ad suprema judicia valet *ff. de leg. 3. Diss. Tiraq. in repet. L. si unquam. 8. verb. donatione largitus. n. 273. C. de Revoc. donat. Bocet. cl. 2. disp. 6. th. 46. Menoch. lib. 4. præf. 32. n. 2. Card. Tusch. præf. concl. tom. 1. lit. C. concl. 292. Vasq. de S. P. §. 30. n. 37.*

Similiter pro non apposita habetur Clausula Codicillaris; licet plurimi *Dd. contradicant, quos inter Salicet. in l. f. C. b. n. 18. Joh. Petr. de Ferr. in suâ Praef. in form. libelli pro legato rei singularis. vers. nec valet, nec valebit. Petr. Greg. par. 3. lib. 43. synt. n. 14. c. 1. Cravett. conf. 34. n. 2. Tiraq. in repet. d. l. si unquam. 8. verb. donatione largitus. n. 269. in Testamento natiuitate Postumi postmodum annullato, adeò, ut præteritus hereditatem vindicatam restituere scriptis heredibus, cogi non possit. & ita concludunt *Paul. de Castz. in L. sicut certi 9. C. de Testam. milit. Fr. Ripa. in repet. d. l. si unquam. 8. q. 21. n. 42. C. de Rev. don. Sim de Præf. de J. U. V. lib. 2. fol. 11. n. 7. & seq. ubi hanc quæstionem perplexam Dd. altercationem & non modicam difficultatem vocat. Quam Jason. in auth. ex causa. C. de lib. præter. altam & profundam appellat. Fachin. vulgarem sed arduam & celebrem controversiam dicit. lib. 4. c. 12. in pr. Romanus conf. 181. pro decisione. n. 1. verò, hæc in re tot esse sententias, quot capita, asserit. add. Mant. de C. U. V. lib. 1. tit. 10. Menoch. conf. 499. lib. 5. & præf. lib. 4. præf. 32. Gail. lib. 2. obs. 114. Tusch. d. concl. 292. n. 11. & passim. Tum (1.) quòd rationi consentaneum non sit, Testatorem voluisse alienas successiones propriis anteponere, verba sunt *L. cum acutissimi. 30. C. de Fideicommiss. libert. Sichard. ad L. 1. C. b. n. 1. atque propter hujusmodi verborum angustias, & non ferendum talem intellectum impiâ admodum viâ liberos suos omni planè fructu paterno defraudare, ceu disertè loquitur L. Generalis. 6. C. de Inst. & subst. Neque existâ generali clausulâ statim elicitur deliberata voluntas, qualis requiritur ad excludendum Filium, ut re-
tè post *Br. & Curt. Jun. in auth. ex causa. n. 72. de lib. præf. statuit Mant. all. loc. n. 3. post. pr. Tum etiam (2.) Quòd Testator cum dicit: Si non valet jure Testamenti, valeat jure Codicillorum, enixam suam voluntatem ostendat super iis, de quibus tempore Testamenti cogitavit, non verò super ignotis. l. si is qui ducenta. 13. §. item si pater. f. de Reb. dub. Jas. in auth. ex causa. C. de lib. præter. Tum (3.) Quòd (quando in dubio versamur)*
Testa-***

Testatoris voluntas præsumitur talis, qvalis de jure debuit, *l. Gallus, 29. §. quidam. 1. Ubi Dd. ff. de lib. & postum. Br. in l. heredes mei §. cum ita ad Trebell. & in L. ut jurisjurandi. §. si liberi ff. de oper. lib.* De jure autem præter hereditatem parentum, quid quæso potiùs debetur liberis. *l. un. vers. æquè ex diverso. C. de imp. lucrato. descr. 7. Dil. Durant. de A. T. t. 3. caut. 10. n. 2. vers. Tertio.* Quos ratio naturalis ipsa vocat. *l. cum ratio naturalis 7. pr. de bon. damn. & à quâ ne judicio quidem Parentis, nisi meritis de causis, submoveri possunt, Ungepaur. Exerc. Just. 8. q. 6. in ajo.* Tum denique (4.) Ne Fideicommissum ex unius, Testatoris scilicet *l. cum virum. 16. C. de Fideicommissis.* voluntate saltè dependens majoris firmitatis sit Donatione inter vivos, quæ duorum, donantis nempe & donatarii beneplacito nititur. *l. 1. C. de pactis.* & nihilominus natiuitate liberorum revocatur. *L. si unquam. §. C. de Revoc. donat.* Et hæc assertio in tantum procedit, ut quamvis Pater post natum filium, aliquo tempore supervivens, Testamentum non mutaverit, Clausula Codicillaris adjecta non operetur effectum suum. Quod probatur (1.) *argum. l. Filio. 31. §. Seja. 2. de adim. legat.* ubi legatum, ob supervenientes inimicitias non debetur, tamen si postea Testator in Codicillis illud non revocaverit. (2.) *per Novell. 66. cap. 1. §. 4. vers. non enim omnia.* ubi Imp. asserit; nihil imputari posse Testatori, quod Tabulas non mutaverit, cum non omnia sint in nobis, nec semper quibusdam tempus fiat Testandi, & repente plerumque incidant hominibus mortes, ultimæ voluntatis condendæ facultatem eis auferentes. Et (3.) Quia Clausula Codicillaris tum demum suum effectum & operationem habet, si tendit in favorem & utilitatem liberorum, secus si in eorum damnum. *Covarr. ad cap. Raynutius 16. X. de Testam. §. 1. n. 4. vers. concessa tamen ejusce Gl. opinione. Gail. lib. 2. obs. 114. n. 13. Eachin. contro. lib. 4. cap. 13. per tot.*

Denique Clausula Codicillaris inserta Testamento Fratris instituentis Turpem personam Sorore præterita, non operatur, ut Soror videatur gravata restituere hereditatem per Fideicommissum Turpi personæ in Testamento scriptæ. *L. Titia 13. de inoff. Testam.* Tum quod incapax ex Testamento. *L. Fratres. 27. C. de inoff. Test.* incapax ex Codicillis jus Testamenti sequentibus. *l. ab intestato. 16. inf. b. fieri non possit. argum. l. qui Testamentum. 27. ibi: quod plus capere non poterat ff. de prob. L. cum quis decedens. 37. §. Titia. 6. ff. de leg. 3. §. legari. 24.*

J. de

J. de legat. Ne ex unâ parte videlicet Testamenti prohiberi, ex alterâ vero scilicet Fideicommissi admitti videatur *contra cap. cum quid. 39. de R. J. in 6.* & ita fraus legi fiat. *d. l. qui Testamentum 27. d. l. cum quis decedens. 37. §. Titia 6. L. Fraus. 30. ff. de LL. L. infundo. 38. de rei vind. cap. ex tenore X. de Rescript. cum quod directè prohibitum est, regulariter indirectè concedi non possit. §. est autem J. de Her. instit. & ibi Gl. verb. nullius momenti L. ea quidem 5. C. si mancip. ita fuerit alien. L. non dubium est. 5. vers. quod ad omnes C. de LL.* Tum quoque: quòd hoc casu Testamentum annulletur odio instituti & favore heredis legitimi præteriti *l. Paconius 3. ff. si à parent. quis manum Surd. tr. de Alim. privil. 95. n. 2. & seqq. Turr. q. 27. n. 3. & q. 28. n. 4. Harpr. §. 1. J. b. n. 27. & seqq. Aug. Barb. Claus. 21. n. 45.*

Insuper hoc loco notandum: Quòd Testamentum Imperfectum ratione voluntatis, non possit sustineri per Clausulam Codicillarum, *tex. est express. in L. Fideicommissa. 11. §. 1. ff. de leg. 2. & in L. ex ea scripturâ. 29. pr. ff. de Testam.* Solet enim Clausula Codicillaris confirmare & corroborare tantum voluntatem Testatoris, non autem alterare & extendere. *Barbos. Cl. 21 n. 21. inf. n. 27. & 28. Vid. Mant. de C. U. V. lib. 5. tit. 2. n. 9. & tit. 4. n. 15. lib. 6. Sim de Præc. de J. U. V. lib. 2. sol. 10. n. 2. & sol. 11. n. 13. Menoch. conf. 532. n. 20. vers. caterum lib. 6. & in tr. de præf. lib. 4. præf. 5. n. 6. Andr. Gail. obs. 114. n. 12. lib. 2. Turr. q. 22. Grat. Disc. For. c. 973. n. 58. Hartm. Pistoris lib. 4. q. 9. n. 12.* Ad exemplum videlicet Cl. Generalis omni meliore modo; quæ similiter quoad incognita, incogitata & impertinentia actum validum efficere non potest *uti loquuntur Felinus cap. cum super n. 13. vers. secundo quando. de offic. de leg. Card. Tusch. Præc. concl. lit. C. concl. 358. n. 58.*

THESES.

Causa efficiens Remota Codicillorum est Jus Civile Romanorum.

Occasionem præbente **L. Lentulo**, ex cujus etiam persona Fideicommissa cœperunt qui cum Romæ factò Testamento Augustum Imp. & Filiam suam heredes instituisset. Postea in Africa decedens Codicillis ibi factis & Testamento confirmatis multa ab illis reliquisset. Augustus & Lentuli Filia tam etsi jure cogi non poterant ad ea

ea

ea præstanda, tamen Testatoris voluntatem tanquam pii heredes
 impleverunt, ac legata & Fideicommissa, à se relicta ultrò præstite-
 runt. Quod factum viri sapientes, qui eo tempore in vivis erant,
 interq̄ve eos Trebatius maximâ autoritate Jctus, eò quòd non ab-
 sonum à Juris ratione non solùm approbarunt, sed etiam usum Co-
 dicillorum propter maximam reipublicæ utilitatem & necessita-
 tem anxie svaserunt: adeò, ut post ista tempora, præsertim post-
 quam & veteris juris observantissimus Labeo Antistius auditor
 Trebatii Codicillos fecisset, nemini dubiũ mansisset, quin Codicil-
 li jure optimo admitterentur, *pr. Inst. de Codicillis, Duar. ad l. sciendum*
2. ff. de leg. 1. post pr. Occurrit hoc loco insignis **Differentia** inter
Testamentum & Codicillos. Testamentum enim quod attinet
 negari non potest, illud ratione Originis esse Juris Gentium, quibus
 simplicissima & liberrima Testandi ratio in usu habita fuit, sine ul-
 lis circumstantiis, ritibus & solennitatibus, quæ deindè per præscri-
 ptam à Jure Civili formam, variè & multipliciter coangustata & de-
 terminata est. Hinc post Leges 12. Tab. de quibus *L. verbis legis. 129.*
de V. S. pr. 7. de Lege Falc. prodierunt: Lex Velleja, l. Gallus. 29. de lib &
postum. Ælia Sentia, l. qui solvendo. 57. l. 60. l. si non Lex Ælia Sentia. 83. de
Her. instit. Cornelia: l. Lex Cornelia. 12. ff. de Testam. l. 28. de vulg. l. qui uxore-
rem. 15. de injusto rupto. §. f. 7. quib. non est permiss. Falcidia, l. Lex Falcidia. 1.
& tot. tit. ff. & C. de L. Falc. pr & tot. tit. 7. eod. Furia; Voconia, d. pr. 7. de
L. Falc. Fusia Caninia, tot. t. 7. de L. Fus. Can. toll. Julia, l. quidã Testamento.
96. §. 1. de leg. 1. Papia, l. un. C. de cad. toll. Item SC. Apronianum, l. omnibus,
26. & l. seq. ad Trebell. SC. Pegasianũ, l. 2. §. Quintus. 6. vers. solum autẽ. C. de
V. 7. E. Nov. 1. c. 1. §. 1. vers. Pegasiani circuitiones. §. sed quia. 5. & seqq. 7. de Fi-
deicom. lib. SC. Silanianũ & Claudianũ, de quib. in tit. de SC. Silan. & aliæ
 leges & sanctiones ad amplificandas, restringendas, diminuendas,
 confirmandas, & auferendas Testamentarias hominum voluntates.
 Codicilli contra simpliciter, tam ratione inventionis, quam in-
 formationis & expolitionis Juris sunt Civilis, prout luculenter modò ex
 eorum historiã edocti sumus. *add. Vasq. de S. P. lib. 3. §. 30. n. 3* Prætermi-
 tendum autem non est; **Vocabulum Juris Civilis** multifariam in
 jure accipi. i. enim in latissimâ significatione comprehendit
 omne jus politicum, tam naturale, quam Civile in specie sic di-
 ctum, & tam publicum, quam privatum. *v. g. in L. 2. §. 35. de O. 7. l. 1. §.*

§. de extraord. cogn. Sic cum dicimus Corpus Juris Civile l. un. C. de rei ux. adt. universum jus omnibus libris Juris comprehensum intelligimus. 2. Sumitur pro juris quaedam parte: id est, pro jure à Romanis invento & eorum proprio cujus juris sunt Solennia in Manumissionibus, adoptionibus, Testamentis & Codicillis: soletq; hoc vocari Jus Quiritum, §. 4. §. de I. N. G. & C. 3. Angustissimè usurpatur, ita ut prætorio opponatur, ut in L. 7. de §. 7. & §. Sic heres alius est Civilis alius Prætorius, pr. §. de bon. possess. 4. Jus Civile pro LL. XII, Tab. accipitur, ut in L. 10. de jure delib. 5. apud Cic. & in Inst. pro jure privato sumitur. 6. Peculiaris quoque verbi hujus notatio est in L. 2. §. 5. vers. hæc disputatio de Oj. ubi disputatio Prudentum Jus Civile vocatur. Hic prævalet secundo loco adducta vocabuli Juris Civilis acceptio. Duaren. ad tit. de Jur. Codicill. vers. Codicilli ex more (pag. m. 477. col. 2. inf.)

THE S. VI.

Causa efficiens Codicillorum propinqua sunt Personæ, quæ Codicillos faciunt. Omnes nimirum quibus permissum est facere Testamentum.

JCtus Marcianus in L. Divi Severus 6. §. 3. ff. b. sive ut exponit JCtus Paulus. in l. conficiuntur 8. §. Codicilli 2. & JCtus Julianus in L. si quis cum Testamentum 3. pr. ff. eod. qui eo tempore quo scribunt Codicillos, Testamenti factionem jure (quamvis non ipso facto p. ob defectum unius aut alterius Testis) habent, Mant. de C. II. V. lib. 6. tit. 4. n. 1. inf. Petr. Greg. lib. 43. Syntag. par. 3. c. 1. n. 5. Hinc Juris expediti est, & ex contrariorum naturâ rectè colligi potest (arg. pr. §. de his qui sui. & pr. §. de Tutelis. Harpr. ad pr. §. quib. non est permiss. n. 1.) Neminem hac Testamenti faciendi potestate destitutum Codicillos facere posse. L. in bello, 12. §. 5. de capt. & postl. Grass. in §. Codicillus n. 2. de Success. ab Intestat. Turr. q. 20. n. 8. vers. si ergò. ubi plur. autores all. Duar. ad l. 2. ff. de leg. 1. post pr. Bocer. cl. 2. disp. 6. th. 5. pr. Roland. Paschag. tr. de Codic. cap. 1. n. 6. Reuf cap. 5. n. 2. & seqq. Schneidvv. ad pr. §. de Cod. n. 30. Harpr. eod. pr. n. 31. Rittersh. ad §. non tantum §. eod. in pr. Ratio autem hujus rei, potissimum videtur in eò consistere, quod Codicilli, tanquam parvula Testamenta prout eos appellat Sichard. ad rub. C. b. in pr. uno eodemque jure cum magnis censeantur, Quare etiam largo modo Testamentum dici

dici

dici possunt, *Paulus de Castr in L. pen. post. pr. ff. de his quæ in Testam. de-
lentur. Jason in L. non Codicillum. n. 1. vers. quid si aliquis convocatis C. de
Testam. Sim de Præ. de J. II. V. lib. 2. dub. 1. fol. 10. n. 33. Valq. de S. P. §. 30. n.
72. in med. Dom. Card. Tusch. Pr. Concl. lit. C. concl. 404. n. 1.*

Statutum tamen aut jus municipale, ne quis ante XXV. annum
Testamentum faciat, ad Codicillos rectè extendi non potest.
Quia statuta propriè & strictè sunt accipienda, maximè cum Juri
communi derogant; strictâ autem & propriâ appellatione Testa-
menti, Codicillus non continetur, *l. 7. C. de Codicill. Ita rectè Bocerius Cl.
2. disp. 6. tb. 6. lit. b. quem sequitur Harpr. ad pr. J. h. t. n. 35-36. Diss. Barr.
in L. 2. vers. quæro & Jason. n. 20. ff. de leg. 1. Valq. de success. prog. §. 30. n. 32.
Reusn. de Cod. cap. 5. n. 5. Duar. add. L. 2. de leg. 1. inf.*

THESES VII.

Prohibentur Codicillos facere, quidam Naturâ
quidam Lege. Naturâ: ob defectum vel animi,
ut impubes (a) Furiosus: (b) vel corporis (c) ut cœ-
cus (d) Mutus (e) & surdus. (f)

(a) Agmen statim ducit impubes, (b. e. minor si masculus qua-
tuordecim, si Fœmella duodecim annorum, *L. à quâ etate 5. ff. de Te-
stam.). arg. L. Filius familias 19. ff. eod. l. 1. §. exigit Prætor 8. de bon. poss.
sec. tab. argum. l. si frater 4. C. qui Testam. fac. poss. & est ratio, quia
vel omninò non intelligit quid agatur; ut infans, qui nihil eorum,
quæ geruntur scire aut videre, sed omnia ignorare creditur. *l. ult. ff.
de Jur. & fact. ign. L. pupilli 6. ff. quod Falso Tutor. vel si quid intelligit,
non tamen firmiter & ut oportet. Infirmum enim est impuberis ju-
diciam, Consilium lubricum, ætas tenera, L. 1. pr. ff. de Minor. L. cum
Prætor. 12. §. non autem omnes 2. ff. de Judic. L. ult. C. de Testam milit. §.
preterea 7. quib. non est permiss. In tantum ut etiam si Tutoris per-
sona simul concurrat, cujus autoritate aliàs pupillus cuncta ne-
gotia rectè administrat passim tot. tit. ff. & 7. de autor. Tutor & tot tit.
C. de autor. præstand. Codicillos tamen condere non valeat. Et hujus
rei evidens est ratio: quia vis Codicillorum illo demùm tempore
(mortis videlicet pupilli) incipere solet, quo Tutelæ administratio expi-
rat. Patrem tamen Filio suo Impuberi Codicillos rectè facere
C 2 posse,**

posse, non ambigitur, *l. si fundum. 92. §. sicuti. f. ibi q.* Gl. verb. filii. de leg. 1. l. Scævola. 76. ad Trebell. Bl. in auth. ex causa. col. 14. vers. & est ratio, quia pater. C. de lib. prater. Bocer. Cl. 2. disp. 6. th. 5. cum ad instar Testamenti Pupillaris sint, pariqve modo, videlicet pubertate expi-
rent. *l. quod Fideicommissum. 93. de leg. 1. Vasq. de S. P. §. 30. n. 83.*

(b) Impuberem sequitur Furiosus, *l. Fulcinius. 7. §. planè. 11. ff. quib. ex caus. in poss. eatur.* Hunc consideraturis, Tria potissimum sese nobis sistunt **Tempora**: Furoris nempè, Induciarum, & antè furorem.

Tempore Furoris conditus Codicillus, cum ejus autor mente, *d. §. praterea. vers. item furiosi. 7. quib. non est permis.* & voluntate destituatur, *l. furiosum. 40. de R. 7. nec intelligat, quid agat, §. 8. 7. de inutilib. stipul. sed mortui, l. bonorum. 24. ff. rem. rat. hab. absentis, l. ubi non voce. 124. inf. de R. 7. & quiescentis loco habeatur, l. 2. §. 3. ff. b. valere non potest, d. l. 2. §. 3. L. ne Codicillos s. C. eod. argum. l. in adversa. 7. ff. de Testam. l. furiosum. 9. C. qui Test. fac. L. 2. ff. de inoff. Testam. Bocer. Cl. 2. disp. 6. th. 5. Sed nec convallescere etiam si Testator mentis compos postea factus decesserit, arg. *d. §. praterea. vers. furiosi autem. 7. quibus non est permis.* Inducias quod attinet, quales sæpius Furiosi habere solent, quibus sapiunt, & ab Imp. Justiniano dilucida intervalla appellantur, in *d. l. Furiosum. 9. C. qui Test. fac. quandoquidem non corporis sanitas, sed mentis integritas potius in Testatore spectatur, l. in eo. 2. ff. de Testam. dubium nullum esse videtur, quin tabulæ Codicillares hoc tempore confectæ, viribus subsistant, argum. *d. §. praterea. vers. furiosi autem.* Sicut & non ambigitur Codicillum antè Furorem ritè factum omnibus modis valere posse, argum. sæpè. cit. *§. praterea. L. ult. de injusto rupto. L. qui Testamento. 20. §. 4. inf. ff. de Testam. l. 1. §. si quis autem. 9. de bon. poss. sec. tab.* Non enim tanta vis furori, cum facti sit, est; ut ea quæ juris sunt, prout est Codicillus, perimere & infirmare queat, *l. Patre furioso. 8. ff. de his qui sui. l. justo. 44. §. eum qui. 6. ibi. ne langvor animi damnum afferat, ff. de Usurp. & Usuc.***

(c) Ob quem defectum, veluti absentiam quorundam sensuum, Codicillandi potestas partim planè adempta, partim certo modo prohibita, aut saltem conditionaliter concessa perhibetur.

(d) Sive morbo vitioqve talis sit, sive ita natus. Et hunc non posse codicillari, nisi observatis observandis in lege hac consultissima, *s. C. Qui Test. fac. poss. à Justino, Justiniani Patre adoptivo præscri-*

scri-

scriptis, *argum. §. cæcus autem. 4. §. quib. non est permiss.* id quod discretè innuunt verba *d. l. 8. vers. quæ in eundem modum. ibi:* Quæ in eundem modum erunt observanda, quamvis non heredes, instituere, sed legata solum vel Fideicommissa & in summa, quæ Codicillis habentur congrua, duxerint ordinanda.

Voluit autem Imperator præcavere illis, fortè misericordiâ motus, qui sibi et ipsis prospicere non satagunt; ne fraus ipsorum ultimis voluntatibus fiat; Confidit etiam non passuras fraudationem tot oculis spectatas, tot sensibus insinuatam, tot insuper in tuto locatas manibus tabulas, *d. l. in fin. vid. Turret. q. 20. & q. 21. per t.*

(e) Cui loquela deficit, seu qui eloqui nihil potest; non qui tardè loquitur, *§. item surdus. 2. §. quib. non est permiss.* (f) Qui omninò non exaudit, non qui tardè exaudit, *d. §. 3. vers. utique.*

Et circa hos tenenda est distinctio, quam tradit Imp. Justinianus in *L. discretis. 10. C. qui Test. fac. poss. d. §. 3. vers. unde nostra Constitutio.* statuendumque: Aut aliquis est surdus & mutus simul, aut mutus & surdus Tantùm, *d. l. discretis. 10. pr. ibi: non semper hujusmodi vitia concurrunt.* Priori casu aut aliquis talis est à naturâ: & hic cum sensa animi liquidò exprimere non possit, neque Testamentum facere, neque Codicillos ordinare, neque Fideicommissum relinquere, neque mortis causa donationem celebrare valet, *verba sunt d. l. Discretis. 10. pr. Mant. de C. U. V. lib. 6. t. 4. n. 2.* Mortuo enim similis reputatur: aut fortè fortunâ talis extitit, ut puta cui morbus superveniens & vocem abstulit, ut prorsus nihil fari possit, *d. §. 3. vers. nam & mutus.* & aures conclusit, ut penitus non exaudiat, *d. §. 3. vers. utique autem.* etiam si aliquis supra cerebrum ejus loquatur, *d. l. Discretis. 10. vers. si enim vox.* & talis si peritus est literarum, salva res erit, *d. l. 10. vers. ubi autem. ibi:* Si ponamus hujusmodi personam literas scientem, omnia quæ priori interdiximus, hæc ei suâ manu scribenti permittimus. Sin minùs, cum naturaliter vitiato pari passu ambulabit.

Posteriori casu & cum infortunium discretum est: Surdus sive naturâ, sive casu talis, cum vocem articulatam naturaliter concessam habeat, omninò ultimum elogium condere potest, *d. l. 10. vers. si autem infortunium.* Mutus verò sive naturâ, sive per interventum morbi hujusmodi infortunium ei accesserit, si ignarus literarum est, non gaudebit activâ Testamenti factione.

Et hæc quæ diximus solummodò de Testamentis & Codicillis post acquisitum infortunium faciendis obtinent: Nam si quis post

compositastabulas adversâ valetudine aut quolibet alio casu Mutus & Surdus esse cœperit, rata nihilominus manere ejus voluntas censetur. *l. qui in potestate 6. in f. ff. de Testam. l. conficiuntur 8. §. si post factum. 3. ff. b. d. §. item surdus. 3. in f. §. quib. non est permiss.*

Sed disputant Dd. utrum summi Principis beneficio & permissu, utroque vitio laborans, Testamentum, & per consequens Codicillos condere possit? & non defuerunt, qui affirmativæ sententiæ calculum addere non dubitarunt. *utp. Accurs. ad l. discretis. 10. vers. permittimus & ad §. item surdus 3. verb. certis. Alex. ad d. l. 10. n. 4. Cyn. & Salic. n. 1. Decius n. 5. Job. Dilect. Durant. de A. T. tit. 1. caut. 9. n. f. Schneidvv. ad d. §. 3. n. 2.* Negativa tamen probabilior esse, firmioreque juris talo niti videtur. Tùm quia Princeps, naturalem defectum qualis & hic est, supplere, & id quod natura denegavit, concedere non potest. *argum. l. 2. in fin. de Usufr. earum rerum §. sed & naturalia 11. §. de J. N. G. & C.* Tùm quia Principi preces suas exponere nequit, qui voluntatis suæ nulla signa depromere valet. *arg. l. adoptio 16. ff. de Adopt. l. Filio 23. pr. ff. de lib. & postum. l. in bello 12. §. facti 2. de Captiv. vid. Dauth. de Testam. rubr. qui Testam. fac. poss. n. 197. Harpr. ad d. §. 3. §. quib. non est permiss. n. 3. 4. seqq.*

THESE VIII.

Lege prohibentur 1. Ob potestatem, sub qua sunt, & vel ob Patriam: Filiusfamilias, (a) Herilem: Servus (b) aliam aliquam: Obses (c) & Monachus (d) 2. Ob interdictionem bonorum: Prodigus (e) 3. Capitale sententiam latam: damnatus ad mortem (f) & 4. Status incertitudinem. (g).

(a) Sub Patriâ potestate est Filiusfamilias sive naturâ talis. *l. in Potestate 6. l. Filiusfamilias 16. l. si filiusfamilias 19. ff. de Testam. l. Senium 3. §. f. l. nemo ex lege, pen. C. qui Testam. fac. poss. pr. §. quib. non est permissum.* Sive per adoptionem, *l. conficiuntur 8. §. si post factum. 3. ff. b. quæ naturam, cujus imago dicitur. l. filio 23. de lib. & postum. imitatur. §. minorem 4. §. de adopt.* Et hic cum præter Castrense & quasi Castrense Peculium nihil habere intelligitur: Codicilli verò perinde

dè ac Testamentum, sint dispositiones bonorum disponentis, itaque Codicillos facere non poterit. *l. Lex Cornelia 28. vers. quia non efficitur de Vulg. & pupill. Ulp. in frag. tit. de Testamentis 21. §. filiusfam. 9. Br. ad. l. 2. n. 1. de leg. 1. Arism. Tapat. in comp. decis. tit. 596. cap. 6. rub. vel non §. filiusfamilias. Cui accedit, quod propter nexum Patriæ potestatis Filiusfam. neque personam integram, neque voluntatem liberam habere censeatur. *l. velle 4. de R. 7. Hinc Codicilli ejus ab initio inutiles & nulli, non convalescunt tractu temporis, arg. l. quod ab initio, 29. L. omnia quæ ex Testamento. 210. L. quæ ab initio. 210. de R. 7. cap. non firmatur, 18. eod. in 6. etiamsi filiusfamilias postea suæ potestatis jurisque factus decesserit d. l. si filiusfamilias 19. ff. de Testam. Nisi per duos testes probetur perseverantia voluntatis emancipati, Bl. in l. Servis, col. 1. vers. scias autem C. de legat. Bertach. in repert. sub verbo: Codicillus. n. 31.**

Nec est quod dicere velimus, Patrem debere suum consensum interponere, quò Codicilli Filii sui familiars consistere possint. Siquidem & hoc modo, nondum legibus satisfactum intelligitur, quæ sui juris Codicillantem esse requirunt. *arg. l. Lex Falcidie 1. pr. ad L. Falcid Reusn. cap. 5. tr. de Codic. n. 6. neque isto nudo consensu Patria potestas abdicari posse censeatur cum publici juris sit. l. neque ex pratorio 27. L. neq; pignus. 45. §. privatorum 1. de R. 7. L. Neratius 20. pr. de Religios. l. quod bonis. 15. §. frater. 1. ad L. Falcid. & sua certa solennia desideret. l. Patre Furioso. 8. pr. ibi: nam cum jus potestatis moribus sit receptum, nec possit desinere quis habere in potestate, nisi exierint liberi quibus casibus solent. ff. de his qui sui. Taceo jam Patrem non posse Filium suum emancipare ad solum actum Testamentarium aut Codicillarem, ne fortè eum in duplicem statum contrarium collocare videatur, si nempè quoad Testamentum & Codicillos Patrem familiars; quoad verò alios actus Filiumfamilias eum esse sinat. *argum. l. si tibi 34. ibi: non enim moribus nostris convenit Filium Temporale habere. ff. de Adopt. argum. l. 1. in fin. pr. C. de Latin. lib. toll. l. si pariter. 9. §. ult. L. duobus. 30. ff. de liber. caus. l. 33. cum l. seq. ibi adjectio temporis super vacua est, ff. de Testam. manumiss. Diversum tamen circa peculium Castrense, Quod Filiusfam. ex militia armata *L. 1. §. in filii 6. ad SC. Trebell. L. Testamenta 26. §. 1. de Testam. milit. L. 1. C. de Castr. pecul. Sive miles sit, sive veteranus. pr. 7. quib. non est permiss. vers. quod quidem. L. cum antiquis. ult.***

ult. pr. vers. sed & veterani. C. de inoff. Testam. & Quasi Castrense,
 Quod ex militia Togata sibi acquisivit, d. pr. in f. d. l. cum antiquis. ult. pr. & §. 1.
 L. cum oportet. 6. in f. pr. C. de bon. qua lib in quô Patrifamilias æqui-
 paratur, l. si quis filio. §. f. de injust. rupt. L. usq. 2. ad SC. Macedon. de qve
 eo qvovis modo disponit, d. pr. vers. itaq. L. filiusfam. 2. C. de Castr.
 pec. nec qverelam inofficiosi metuit, d. l. cum antiquis. §. 1. nec Cre-
 ditores Patris id vendere, aut occupando inquietare possunt, d. pr.
 vers. ex hoc intelligimus Nec Pater ipse adimere, d. vers. L. erat. 3. C. de
 Castr. pecul. Deniqve nec post mortem Patris cum fratribus suis con-
 ferre necessum habet, d. pr. d. vers. L. 1. §. nec Castrense, de coll. bonorum.
 L. Filie. 4. & L. ult. C. de Collat. Præter hæc autem peculia nunquam
 licet Filiofamilias disponere, ne quidem de bonis adventitiis,
 (de quibus agit Nov. 117. cap. 1. pr. & inde petita Auth. excipitur. C. de bon.
 qua lib.) quorum ususfructus patri non acquiritur, arg. l. pen. C.
 qui Testam. fac. poss.

(b) Sub potestate dominicâ Servus est: de quo fermè nulla
 dubitatio oriri potest, arg. L. si filiusfamilias. 19. ff. de Testam. siquidem
 neqve Civilis, neqve Prætorii Juris communionem habet, L. qui Te-
 stamento. 20. §. servus. 7. eod. l. nullo modo. 7. de L. Cornel. de Fals. nullam
 personam, l. quod attinet. 32. de R. J. l. si Pamphilo. 10. de opt. leg. nul-
 lum statum, l. 4. ff. de cap. min. nullum caput, §. Servus. 5. J. de capit.
 demin. nulla bona, l. paterfamilias. 182. de V. S. nullam successionem,
 l. servus. 4. C. com. de Success. mortui instar est, l. 209. de R. J. l. interci-
 dit. 59. in f. de condit. & demonst. exæqvatur quadrupedibus, l. Lege
 antiqua. 2. §. ut igitur apparet. 2. ad L. Aquil. manumissione demum
 novus homo fieri intelligitur, l. Servus legatus. 27. §. 1. de adim. leg.
 omnia acquirit Domino, §. in potestate. 1. J. de his qui sui. l. 1. §. 6. de
 acq. poss. l. acquiruntur. 10. §. igitur. 1. de A. R. D. §. item vobis. J. per quas
 person.

Ab Hostibus captos, cum non minùs Servi eorum fiant,
 §. Servi autem. 4. J. de J. person. §. item ea. 17. J. de R. D. §. si ab hostibus.
 5. J. quib. mod. jus patr. l. & Servorum. 5. de S. H. l. cum loca. 36. de Relig.
 l. adeo. 7. pr. de A. R. D. l. 5. §. in pace. l. hostes. 24. de Captiv. Testari, Codi-
 cillarive Jura prohibent, l. ejus qui. 8. pr. ff. de Testam. Undè & eorum
 Codicilli, quamvis militari modo, durante captivitate confecti,
 arg.

arg. l. facere 10. de Testam. milit. nec Jure Postliminii nec fictione L. Corneliae convalescunt, argum. §. ejus qui apud hostes sin. 7. quib. non est permiff. excepto unico casu, cum scilicet Testamentum ante captivitatem dum adhuc liberè in civitate versarentur, factum fuerit, quo, inquam, casu, Codicilli apud hostes facti propter humanitatis rationem confirmantur & convalescunt jure postliminii, eodemque jure cum Testamento isto fruuntur, perindè ac si nulla captivitas intercessisset. l. in bello. 12. §. Codicillis 5. ff. de Capt. & postlim. Bart. in L. conficiuntur. 8. §. si post factum. 3. ff. de Cod. Gædd. ad L. 3. §. 1. de V. S. n. 22. Arism. Tapat. in comp. Decif. t. 596. c. 10. §. Codicilli. Quod quidem olim de jure Civili ita obtinuit, inter Christianos namque tanquam Fratres, cap. ad mensam 24. c. 11. q. 3. & Concives. l. in orbe. 17. de S. H. vetera captivitatis Jura, quibus alii contra naturam subiciebantur aliis, §. Servitus. 2. 7. de Jur person. in desuetudinem abierunt, & laudatissimis satis moribus receptum est, ut captivi, præstitâ pecunia in redemptionis præmium, quam Græci λύτρον vocant, veniam recedendi impetrent: ad quod capti jure captivitatis, quo nunc vice Servitutis utimur sub pœna nominis & famæ obstricti sunt, Georg Schulz. in Syn. Inst. de Jur. pers. lit. a. & de R. D. lit. p. Dauth. tr. de Testam. rub. qui Testam. fac. poss. n. 201.

(c) Qui quasi pignoris loco ad fidem datur hosti, ea conditione, ut si dator à fide recedat, hosti recipienti sit potestas in vitam & corpus illius sæviendi, l. obsides. 11. ibiq; Gothof. lit. c. ff. de Testam. Et hic quia Civis non est, Goth. d. l. lit. d. neque heredem, neque bona, de quibus codicilletur habere potest, unicum Successorem Fiscum agnoscendo. L. Divus 31. de Jur. Fisc. nisi forte aut ex speciali populi Romani aut Imperatoris gratia potestas Testandi ipsi facta, d. l. Obsides. 11. in fin. aut usus Togæ permiffus sit, l. sed si accepto 32. de Jur. Fisc. Dauth. de Testam. rub. qui Test. facer. poss. n. 199. Harpr. ad §. ejus qui. s. 7. quib. non est permiff. Rittersh. ibid. vers. & hæc quidem hætenus, Ant. Peregr. de Jur. Fisc. lib. 4. c. 3. n. 15.

Cui autem neutiqvam annumerari possunt, ii, qui apud externos Legatione funguntur. Hi enim, qvamvis cum hostibus versentur, l. qui à latronibus. 13. §. 1. ff. de Testam. nihilominus tamen sancti & inviolabiles, l. 8 §. sanctum autem. 1. de D. R. liberiqve manent, nec quidqvam de suo jure aut privilegiis amittunt, l. si quis Legatum.

D

ult.

ult. de Legationib. Dañth. d. rub. n. 302. Rittersh. ad §. sanctæ. 10. 7. de R. D. Harpr. ad §. ejus qui. f. n. 5. 7. quib. non est permiff.

Capros à latronibus, cùm neqve Civili, neq; Gentium Jure in servitutem redigantur, *l. Postliminium. 19. §. à Piratis 2. l. hostes. 24. l. latrones 27. de captiv. Testamentum & Codicillos licitè facere posse nemo dubitat, arg. l. qui à latronibus. 13. ff. de Testam. Nili fortè captura à latronibus & Piratis Turcarum peracta fuerit, Sim. de Præct. de 7. II. V. lib. 3. interpr. 1. dub. 4. sol. 3. n. 4.*

(d) Doctores com. personis ob potestatis subjectionem Testari codicillarivè prohibitis, jungunt **Monachum**: *Quod & auth. ingressi. C. de SS. Eccles. concedere videtur. Nec absque ratione. Pro mortuo enim talis homo reputatur, c. placuit. c. nullus Monachus. 2. q. 7. c. placuit, & ibi gl. verb. mortuus. 16. q. 1. utpotè qui velle & nolle non creditur, cap. si religiosus. 27. X. de Elect. & Elect. pot. in 6. nihil dare vel accipere intelligitur, c. non dicatis. 12. q. 1. Bonorum suorum, si quæ habet, Dominum monasterium ingrediendo facit, d. auth. ingressi. C. de SS. Eccl. Nov. 5. c. 5. pr. ei omnia postmodum acquirit. Harp. ad §. & plures. 7. de vulg. subst. n. 27. nullum peculium, cap. Monachi. 2. X. de stat. Monach. nihil proprii, d. c. non dicatis. ibi gl. Gl. verb. possidere. cap. ex parte. 11. X. de accus. cap. cùm ad monasterium. 6. in f. X. de Stat. Monach. ne quidem in cuculla aut cilicio sibi reservando, d. Gl. c. non dicatis. vers. sed numquid vestis. In clauastro latet, Gl. ad c. si servus sciente verb. per triennium. dist. 54. tanquam piscis in aqua, d. c. placuit. 16. q. 1. illudque unicum heredem & successorem agnoscit. Et hæc omnia quàm verissimè de Codicillis post ingressum monasterii componendis, dicuntur. Nam si quis, dum adhuc liber, administratorque rerum suarum & arbiter audiebat, fecisset Codicillos ex Testamento non pendentes, quos suprà veros diximus κατ' ἐξοχήν: postea sese dederit. Monasterio, ejus Codicillos irritos fieri negat, Vasq. de S. P. §. 30. n. 72. pr. cùm videlicet **Monasterium postumi** loco habeatur.*

Quod autem hoc loco de Monachis diximus, illud **Monialibus** quoque per omnia competere, *Autor est Justinianus Imp. in d. Nov. 5. c. 5. in f.*

(e) Qui moribus, sicut Furiosus animo desipit, *l. 1. pr. de cur. furios.* cùm neq; tempus, neq; finem immoderatarum expensarum facit, sed patrimoniū suum profundâ liberalitate, evisceratis opibus suis exhau-

exhau-

exhaurit, *l. si mater tua. 7. C. de inoff. donat.* dilapidat, dissipat & profundit, *d. l. 1. pr. de Cur. Furios.* adeò ut Magistratus, cujus interesse solet, ne quis re suâ malè utatur, § *sed hoc tempore. 2. 7. de his qui sui vel alien. jur.* ob id necessum habeat, liberam bonorum administrandi potestatem ipsi interdiceret, dando curatorem, *l. his qui. 12. §. fin. ff. de Tutor. & Cur. datis. l. Julianus. 10. pr. l. 16. §. his consequens. 1. ff. de Cur. Fur. l. patri. 27 de minor.* efficiendoq; ex eo quasi pupillum, *l. certi conditio. §. sed etsi. 7. Si cert. pet.* Quæ quidem interdictio tam necessaria in nostro casu est, ut Codicillus antè illam ritè confectus exceptione prodigalitatæ infirmari non possit.

(f) *L. ejus qui 8. §. 1. & seqq. ff. de Testam. l. si quis filio 6. de injusto rupto. l. ex judiciorum. 20. de Accusat.* ratione prohibitionis partim in amissione tum Civitatis, *d. l. si quis filio. 6. §. irritum 5. L. qui ultimo. 29. de pænis.* tum bonorum, *d. l. ejus qui 8. §. 4. d. l. ex judiciorum. 20.* partim in servitute pœnæ consistente, *d. l. 6. §. sed etsi quis. 6. de injusto rupto. L. quod ad Statum. 12. l. qui ultimo. 29. de pæn. l. res uxoris. 24. C. de don. inter vir. & ux. §. pæne. 3 7. quib. mod. patr. pot.* nisi fortè quis tempore appellationis pendentis diem suum obiisset, *arg. l. qui à latronibus. 13. in f. ff. de Testam.* quo casu crimen mortalitate extinctum, *l. etsi Marcellus. 2. C. si reus vel accus mort. fuer. mortuusq;* integri status decessisse putatur, *l. is qui in reatu. 11. ad L. Jul. Majest.* Et hæc Juris Civilis Dispositio per Jus Novellarum, ex quo nemini quidem benè ab initio nato per supplicium servitus obvenit, *Novell. 22 c. 8. & inde pet. auth. Sed hodie. C. de don. inter vir. & uxor.* non videtur sublata, ut aliquo modo patet ex *Novell. 134. c. f. Auth. bona damnatorum. C. de bon. proscript. & testatur Vasqv. lib. 3. controuv. ill. c. 96. n. 2. & 3. M. A. Peregr. lib. 3. de J. F. tit. 2. n. 4. Donell. lib. 6. Comm. c. 16. ibiq; Hillig. in suis not. ad lit. l. Dauth. de Testam rubr. qui Testam. fac. poss. n. 209. Covar. X. de Testam. par. 3. rubr. n. 27. Coler dec. 34. Arum. Ex. Just. 7. th. 7. & Disp. 17. ff. th. 5. Noviter Magnificus Dn. Ordinar. Sig. Finckelthaus Patronus & Promotor meus filiali cultu æternùm devenerandus Obs. pract. 84. n. 12. & n. 42. seqq. Quamvis non desint plurimi qui contradicant, ut: *Salic. ind. auth. sed hodie. n. 2. Vesenb. in w. qui Test. fac. poss. n. 13. Petr. Gregor. lib. 42. c. 8. synt. n. 11. Förster. lib. 2. disp. 12. th. 14. Hackelm. Disput. 16. th. 4. lit. b. Heig. §. ejus qui 5. n. 5. & seqq. Harpr. ibid. n. 12. & seqq.* Non tamen tangit eos, qui sibi metipsis manus inferunt cruentas. Si*

NON majoris, utpote læsæ Majestatis aut hæresæ criminis rei sint, VVesenb. in not. ad Schneidvv. §. f. 7. quib. non est permiff. n. 10. & 11. Menoch. A. I. Q. cas. 284. n. 14. quò ipforum Testamenta & Codicilli irriti reddantur, l. si quis filio. 6. §. ejus qui. 7. de injust. rupto. l. qui rei. 3. in fin. §. si quis autem. 4. de bon. eorum. l. 1. §. si quis. 23. ad SC. Silan. l. in fraudem. 45. §. ejus bona. 2. in fin. de jure Fisci. l. 2. in pr. C. qui Test. fac. poss. non enim per αὐτοχρησίαν extra ista duo crimina, Novell. 134. c. 13. in f. auth. Gazaros. C. de hæret. c. 10. & c. 13. X. eod. cap. 13. vers. damnati. cap. 19. Eod. tit. in 6. bona amittuntur, ob quæ Testamenti quoque factio amiffa videri possit. Böer. decis. 264. n. 15. VVesenb. w. de pæn. n. 9. in f. Taceo jam apud veteres Jctos, utpote in Schola Stoicorum edoctos, Lips. cent. 2. Ep. 21. de decori non fuisse ob tædium vitæ, impatientiam adversæ valetudinis, dolorem corporis, pudorem æris alieni, luctum vel aliam causam mortem accelerare, quâ de re eleganter pro solito more Magnificus Dn. Ordin. Sindelth. semper cum honore nominandus, Obs. 43 per tot.

Similiter quoque perpetuo carceri mancipato, si delictum non suâ naturâ secum adferat publicationem bonorum, arg. Nov. 134. cap. ult. in f. undè aliquis intestabilis reddi possit, Testamenti & Codicillorum factionem non denegabimus, Sim. de Præt. lib. 2. dub. 1. sol. 4. n. 84. Petr. Greg. 3 synt. lib. 42. c. 8. n. 12. Harpr. ad §. ejus qui. 5. 7. quib. non est permiff. n. 15. Reusn. tr. de Testam. p. 2. c. 40. n. 4. Idq; idè: quia non solum talis pænæ servus non efficitur, d. auth. sed bodie. C. de don. int. vir. & ux. d. Novell. 22. c. 8. Sed etiam nec de Jure Civili, quo carcer non ad puniendos homines haberi debet, l. aut damnum. 8. §. solent. 9. in f. de pæn. perpetuis vinculis contineri intelligitur, d. l. 8. §. 9. de pænis. l. incredibile est. 6. C. eod. Jul. Clarus lib. 3. sent. §. Testamentum. q. 23. Covarruv. ad rubr. de Testam. par. 3. n. 27. Harpr. all. loc. n. 16.

Hæreticos autem quod attinet (de quibus modò facta est mentio) & horum imitatores, receptatores, defensores & favitores, auth. Credentes. C. de Hæret. c. quod autem. 24. q. 1. c. qui aliorum. 24. q. 3. cap. sicut ait. 8. X. de hæret. Supremam ipforum scripturam, sive Testamentum sit, sive Codicillus, sive epistola, sive aliud aliquod genus ultimæ voluntatis, l. Manicheos. 4. §. 5. C. eod. tit. tanquam dementium, vesanorumq;, l. 1. §. 1. C. de S. Trin. nec non ob criminis atrocitatem, d. l. Manicheos. 4. §. 1. & inde promeritam excommunicationem, d. auth.

auth. Credentes. cap. ad abolendam. 9. cap. excommunicamus. 13 & cap. 15. X. de heret. bonorumque omnium publicationem, d.l. Manichæos. 4. §. 1. inf. auth. Gazaros. C. eod. cap. urgentes. 10. X. de heret. ratam leges non sinunt, in hoc ut ad meliorem mentem redeant, non ut perpetuò in perversâ hac opinione suâ permaneant, verba sunt Novell. 144. c. 1. inf. Nisi fortè dispositiones inter liberos, eosque fideles & orthodoxos facere ipsis animus esset, d.L. Manichæos. . §. sed nec filios. 6. text. express. in Novell. 115. c. 3. §. si quis de prædictis. 14. final. vers. generalem.

Ut autem quis reverâ dicatur **Hæreticus**, requirit Dauth. *de Testam. rub. qui Test. fac. poss. n. 243. cum multis seqq.* ut (1.) Christum professus, *c. hereticus. 24. q. 3.* (2.) erraverit in regula fidei, *l. 1. §. 1. & l. nullus hereticis. 2. §. 1. & 2. C. de S. Trin. l. omnes vetite. 2. §. hereticorum. 1. C. de heret. Gl. in L. quicumque. 8. verb. Eutychetis. C. eod.* (3.) ut semel iterumque admonitus sit, *c. dicit Apostolus. (scil. cap. 3. ad Titum vers. 10.) caus. 24. q. 3. c. qui in Ecclesia eod. loc.* (4.) Erroris convictus, *d.l. Manichæos. 4. §. præterea. 3. inf. C. de Her.* (5.) Sententiam declaratoriam expectaverit, *auth. Credentes, ibi: postquam quilibet talium fuerit excommunicatus. C. eod.*

(9.) Ob **status incertitudinem** certam legem Testamento aut Codicillis dicere non possunt, ii, quibus de Statu suo (Præsenti, *Dauth. de Test. d. rubr. n. 153. vers. fallit secundo.*) liquidò non constat, *l. qui in Testamento. 14. ff. de Testam. L. Aristo. 9. ff. h. l. 1. pr. ff. de leg. 3. quales sunt secundum Gl. in l. de statu 15. verb. de statu. ff. de Testam.* dubitantes, ignorant, errantes. Ratio autem hujus rei esse potest: Quia leges osiores vacillationum certi & integri status hominem, certo judicio testari volunt, *Gl. in d. l. 14. verb. qui in Testamento. Reusn. par. 3. tr. de T. c. 37. per tot.* ad id ut nec heredi scripto de statu Testatoris incerto (cùm eum semper de perfectione tabularum dubitare præsumant, *l. sed et si de sua 34. pr. ff. de Acquir. hered.*) aditionem hujusmodi hereditatis permittant, *L. heres 32. §. 1. & §. fin. eod.*

Quæ ita tamen vera sunt, quando altera pars dubitationis tendit ad nullitatē ultimæ voluntatis, secus si neutra, *arg. l. quod si dubitet. 33. ff. eod. Dauth. de T. d. rub. n. 151. §. 1. ubi lit. a. in marg. exempli loco asserit:* Nihil nocere, utrum aliquis dubitet, an sit Francus, an Misnensis, cùm neutra pars nullitatem tabularum inducat. Sicut quoque militis vel veterani fluctuatio: an in sacris paternis adhuc constitutus, an verò sui juris effectus sit? ipsum non moratur,

cum utroque casu, jure singulari seu militari Testari possit, *tex. in L. ex militari. 11. §. si miles. 1. de Testam. milit.* Reusn. *tr. de Codicillis. c. 5. n. 15.*

THE S. IX.

Personæ, quæ aliquid ex Codicillis vel ipsæ capere, vel aliis acquirere possunt, sunt omnes, cum quibus Testamenti factio esse intelligitur, (a) cæteræ prohibentur. (b)

(a) §. 4. *J. de her. qual. & diff. §. legari. 24 J. de legat.* seu, ut cum Interpretibus loquar, quæ Testamenti factionem passivam habent, quamvis Testamentum aut Codicillos proprio nomine (*nullo tamen facinore suo intestabiles redditæ*) facere nequeant. Reusn. *tr. de Cod. c. 6. n. 4. seq.* utpote Filiusfamilias, Servus alienus, Postumus, Surdus, Mutus, Furiosus, Impubes, Infans, *de quibus in l. filiusfamilias. 10. C. de petit. hered. l. 16. ff. de Testam. §. in extraneis 4. in f. J. de her. qual. & diff. & summam omnes, qui aut status conditione, aut Lege expressâ non prohibentur, l. verbis legis. 120. ibi: Verbis legis XII. Tab. his: uti legâssit suæ rei, ita jus esto, latissima potestas tributa videtur. & ibi: Sed id interpretatione coangustatum est, vel Legum, vel autoritate Jura constituentium.*

(b) Quales sunt **Deportati**, qui exuti omni patrimonio, *l. un. inf. C. de his qui se defer.* quasi extra portam civitatis Romanæ, in alium, aliquem locum certum vel Insulam ablegantur, *l. inter pœnas. 6. pr. de interd. & releg.* ut reliquo orbe disclusi, ibi suorum delictorum pœnas luant, Harpr. *ad §. 1 & 2. J. quib. mod. jus patr. pot. n. 3. unde ἀπόλιδες,* seu qui jura civitatis perdiderunt, aut extorres cognominantur, *l. 1. §. hi quibus. 2. in f. de leg. 3. l. sunt quidam. 17. §. 1. de pœn. mortuorumque loco habentur, l. 1. §. filium. 8. in f. de bon. poss. contr. tab. l. si necem. 4. §. si deportatus. 2. de bon. lib. l. Gallus. 29. §. & quid si tantum. 5. de lib. & postum. §. cum autem. 1. J. quib. mod. jus p. p. toll.* Et hæc deportatio quæ & Insulæ vinculum, *l. exilium. 5. in f. de interd. & releg. & adnotatio Insulæ vocatur, d. l. 1 §. deportatos. 3. ff. de leg. 1. succedit in locum aquæ & ignis interdictionis, l. rei capitalis. 2. §. 1. de pœnis. l. peculatus. 3. ff. ad L. Jul. Pecul. l. cognitionum. 5. §. ult. de extr. cogn. quæ de re videatur Harpr. d. l. n. 5. & seqq.*

Item **Servi pœnæ** de jure veteri, secus enim est de jure Novellarum, *Novell. 22. c. 8. & auth. Sed bodie. C. de don. inter vir. & ux.* qui amisâ libertate

tate

tate in metallum vel opus publicum perpetuò damnabantur, aut bestiis subiciebantur, *l. aut damnum. 8. §. 4. & seqq. l. qui ultimo. 29. de pæn. l. 8. C. de jur. Fisci. §. pænæ servus. 7. quib. mod. patr.* frustra quid relinquebatur, *arg. l. sunt quidam. 17. pr. ff. de pæn. l. si in metallum. 3. pr. ff. de his quæ pro non script.* cum ratione acquisitionis nullius, *d. l. 8. §. 12. ff. de pæn. ne Cæsaris quidem, d. l. sunt quidam. 17. pr. eod. aut Fisci, l. in metallum. 12. de Jure Fisc. d. l. 17. pr. sed solius pænæ erant, d. l. 12. de Jur. Fisc. d. l. 3. pr. ff. de his quæ pro non script.*

Hostibus similiter, quibus populus Romanus bellum publicè decrevit vel ipsi populo Romano, *L. hostes sunt. 24. de captiv. l. 118 de V. S. tanquam civitate destitutis, l. amissione. 5. §. 1. in fin. de capite minut. beneficiisq; civium Romanorum indignis, præstat nihil Codicillis dare, ad evitandam collusionis suspicionem.*

Iisdem fermè ex causis quoque amovebuntur ab omni liberalitate & successione quolibet titulo veniente, *ut loquuntur Impp. in L. Manicheos. 4. §. 2. C. de Heret. Hæretici* qui alicujus temporalis commodi, & maximè vanæ gloriæ gratia falsas & novas opiniones genuerunt, *c. Hereticus 24. q. 3. Nec non Apostatæ, qui se sacrilegis cætibus aggregaverunt, l. 1. C. de Apost. sacram fidem prodiderunt, sanctumque Baptisma superstitione hæretica profanantes, l. hi qui sanctam. 3. C. eod. tit. in nefandum ritum sectamve transierunt, ut patet passim ex tot. tit. C. de Apost.*

Incapacia porrò sunt Collegia, veteribus propter conjurationem in rem publicam invisa, *l. 1. & tot. tit. ff. de Collegiis.* Omnia, quæ non specialiter ob favorem religionis aut aliud commune bonum, approbata & confirmata sunt, *l. Collegium. 8. C. de hered. instit.* Itaque legatum Collegio sive corpori non approbato concessum non subsistet, nisi singulis personis aut individuis relictum sit, *dicit Ictus Paulus in l. cum Senatus. 20. de rebus dub.* Exemplū esse potest in Judæis, quorum Collegium, non tam approbatum, quam toleratione quadam, ex commiseratione & pietate proficiscente, sustentatum est, *cap. etsi Judæis. 1. pr. X. de Judæis.* Undè & illi Testamento aut aliis ultimis voluntatibus, quid relictum non censetur, *L. 1. C. de Judæis & Cælic.* quod tamen secus esse in singulis Judæis dilucidè comprobavit Magnificus Dn. Ordinarius Sinseltshaus / *Obs. 84. per tot.*

Inu-

Inutiliter quoque; Servo heredis purè quid Codicillis relictum videtur, arg. l. si legatarius. 8. §. servo heredis. 1. de leg. 3. §. an servo heredis. 32. 7. de leg. Sicut & Servo proprio sine Libertate, arg. l. cum quasi. 30. §. Imperator. 15. de Fideicommiss. lib. 1. planè. 34. §. si conjunctim 9. l. si minor. 102. de leg. 1. l. Lucius Titius. 88. §. Scævola 13. de leg. 2. l. licet 20. de adim. leg. aut etiam cum libertate, quam impedimentum juris tollit, d. l. si minor. 102. de leg. 1. l. cum Filius. 76. §. servus purè de leg. 2. vel conditio adjecta impedit, l. quæsitum. 91. §. 1. de leg. 2. l. cum servus. 82. de condit. & dem. l. nam cum libertas. 8. quæd. dies legat. Hoc tamen Codicilli operantur, ut Legatum Servo proprio absq; libertate Testamento, regulariter, inutili modo datum, l. servis. 4. C. de leg. l. ex Fideicommiss. 28. C. de Fideicom. l. Servus. 76. inf. l. si socius 89. de Her. instit. convalescat, si illis saltem postmodum libertas adscribatur, tex. express. in l. conficiuntur 8. §. si ei servo. 5. ff. h. Ratio: quia videlicet hoc legatum ante mortem Testatoris in suspensio quasi est, ita ut neq; de ejus valentiâ, neq; invalentiâ certi aliquid asserere possimus. Undè Codicillis superaddita libertas perquam facilè efficere potest, ut id quod primâ fronte quasi invalidum visum erat, confirmetur & novum robur assumat, l. quidam. 19. ibi: Pleriqve existimant hunc ex Testamento libertatem consequi, secundùm hoc legatum quoque ei debetur. ff. de manum. Test. l. qui fideicommissariam. 8. C. de fideicommiss. Reusn. de Cod. cap. 8. n. 8. & 9.

Ab Hostibus captis, inque captivitate mortuis, ob remoram Servitutis nihil relictum censetur, l. si in eo tempore. 4. §. & si in hostium. 1. ff. de his quæ pro non script. habentur.

Prout & in rerum naturâ non extantibus, d. l. si eo tempore. 4. pr. ff. eod. l. si ei. 2. §. quod si ei. 2. l. Divi. 6. §. si post Testamentum. f. l. quidam referunt. ff. h. aut planè incertis, quos nempe incertâ opinione animo suo Testator subjicit, ignorans qui & quales futuri sint, an amici, an inimici. Adeò ut ne generaliter quidem cognitio de eis institui possit. Harpr. ad §. incertis. 25. 7. de legat. Hujus rei ratio est: (1) Quia amicis ferè & notis donare & legare homines consueverunt, l. amicissimos. 36. pr. ff. de Excus. Tutor. l. Pamphilo. 39. §. 1. de leg. 3. (2) Quia & generaliter consilium Testatoris certum esse debet. Ulp. in frag. tit. 22. qui heres institui poss. §. incerta persona. hoc loco autem (3) propter personæ incertitudinem voluntas disponentis commodè ad exitum perducì non potest, arg. l. duo sunt Titii. 20. ff. de Testam. Tutel. l. item apud. 15. §. cui non sine. 9. ff. de injur.

THES.

THES. X.

Codicillorum Materiæ loco ea omnia esse intelliguntur, quæ illis dari, relinquire possunt, (a) utputa Generaliter Legata (b) & Fideicommissa, tam Universalia, quàm Particularia, (c) In specie verò Codicillorum confirmatorum (d) Directæ Libertates (e) & Tutelæ. (f)

(a) Justus Meij. in C.A. disp. ad tit. ff. de Jur. Codicill. tb. 11. (b) Nimirum Codicillis quoque Legata dantur, L. Divi Severus. 6. §. fin. l. quedam. 7. inf. l. conficiuntur. 8. §. si post factum. 3. L. quidam referunt. 14 ff. b. L. Codicillis. 18. pr. de ann. legat. Diminuuntur, l. si quis ita legaverit. 3. §. cum Titio. pen. ff. de adim. leg. l. si quis solverit. 2. §. 1. de condict. indeb. Transferuntur, §. transferuntur. 1. §. de ademt. Legat. & auferuntur, d. l. quidam referunt. 14. pr. §. de ademt. legat. L. si quis eum. 16. pr. de vulg. & pupill. d. l. si quis solverit. §. 1. de condict. indeb. Ulpian. in frag. t. 24. de legatis. §. legatum quod datum est. Et est ratio: Quia postquam Justinianus Imp. suo adjutorio morientibus pariter ac viventibus prospicere voluisset, sublatâ veteris Juris inter Legatum & Fideicommissum discrepanciâ, sancivit: ut in posterum Testantis voluntas semper firma maneret, quomodocunque verbis concepta esset, simul edicendo, ut ea quæ naturaliter insunt Legatis, & Fideicommissis inhærere intelligantur, & contra quidquid Fideicommittitur, hoc intelligatur legatum, atque sic Legata valerent ubi & Fideicommissa; Evenit ut etiam Codicilli, quibus antea Fideicommissa saltem, non autem Legata, l. 36. ibi: Legatum est donatio Testamento relicta, de leg. 2. L. Legatum. 116. pr. ibi: quâ Testator. de leg. 1. §. Præterea. 10. inf. cum alioqui Legata nisi ex Testamento valerent. §. de Fideicommiss. hered. L. illud. 13. §. tractari. 1. b. Bocer. Cl. 2. Disp. 6. tb. 7. lit. a. Harpr. ad §. 1. b. n. 2. loco materiæ erant, circa Legata quoque occupati esse inciperent, L. omne verbum. 2. C. comm. de leg. Donell. lib. 7. Comm. §. C. cap. 19. Giphon. ad L. f. §. ult. C. h. Nic. Reusn. tr. de Cod. cap. 7. n. 4.

(c) §. 1. & 2. §. b. L. Scævola. 76. ad SC. Treb. L. si ei 2. pr. & §. fin. ff. b. L. hereditatem. 2. C. eod. Job. Dil. Durant. de A. T. tit. 10. caut. 8. n. 2. inf. Harpr. ad pr. b. n. 25. & ad §. 1. n. 1. Itaque Codicillis legitimum heredem vel bonorum

E

rum

rum possessorem rogare possumus & Fidei ipsius committere, ut hunc vel illum ad hereditatem secum venire patiat, *arg. §. præterea. 10. §. de Fideicommiss. hered. l. 1. §. 5. ad Trebell. l. 1. §. ult. de leg. 3. Reusn. d. tr. de Cod. cap. 7. n. 22.*

(d) Scilicet notanda est prærogativa Codicillorum Testamento confirmatorum. Eis enim, tanquam particulis sequelis & imitationibus Testamentorum, *l. quidam referunt. 14. pr. l. ab intestato. 16. ff. h. l. sicut Codicilli. 11. ff. Test. quem. aper. l. si quis in gravi. 3. §. si quis Codicillos. 25. ad SC. Silan. l. in bello. 12. §. Codicilli. 5. de captiv. excepta sola hereditate, omnia directis verbis relinqui possunt. (e) l. 43. ibi: libertates directæ & Testamento & Codicillis Testamento confirmatis rectè dantur; Fideicommissæ, & ab Intestato & Codicillis non confirmatis relinqui possunt, *ff. de manum. Testam. l. conficiuntur. 8. §. si ei servo. 5. ff. h. l. quidam Testamento. 96. §. fin. de leg. 1. l. uxorem. 41. §. Codicillis confirmatis. 2. de legat. 3.* (f) *L. Testamento. 3. pr. l. cum Codicillis. f. de Testam. Tutel. l. etsi à patre. 1. C. eod. sicut & directè illis adimi potest, d. l. etsi à patre. l. Tutor datus. 8. pr. ff. de Test. tutel. Sim. de Præst. §. II. V. lib. 2. fol. 10. n. 12. Bocer d. l. lit. c. Harpr ad d. pr. h. n. 25. Tusch. Præct. concl. tom 1. lit. c. concl. 406. n. 18.**

THESES. XI.

Codicillis sive Testamento confirmatis sive non confirmatis & ab Intestato factis, directò heres institui, (a) substitui (b) & quis exheredari; (c) Imò conditio institutioni (d) adjici (e) aut adjecta tolli (f) non potest.

(a) *§. 2. §. de Codicill. l. 10. ff. eod. l. 2. & l. 7. C. d. t. Mant. de C. II. V. lib. 6. t. 4. n. 3. Duaren. ad tit. de Codicillis. vers. alia differentia. Sichard. ad rubr. C. h. n. 2. Tusch. tom. 1. lit. C. concl. 406. n. 1. & 2. ne quidem Testatoris liberi, cum specialiter illis hoc concessum in jure non reperitur, arg. l. præcipimus. 32. §. f. C. de appell. Nic Reusn. tr. de Codicill. c. 7. n. 27. Bocer. Cl. 2. disp. 6. tb. 12. Harp. ad §. 2. §. b. n. 9. Præfertim si Disponens expressè tabulas istas Codicillos nominasset. Secus si nullo aut generali ultimæ voluntatis titulo insignivisset Tusch. d. concl. 406. n. 32. Sivè etiam institutio fiat in totam massam, §. Codicillis. 2. §. h. l. si ei. 2. §. f. l. quod per manus. 10. ff. eod. l. hereditatem. 2. l. si idem. 7. C. h. t. l. assè toto. 77. de hered. instit. L. institutio talis. 10. de*

con-

condit. instit. d. l. Scævola. ad Trebell. Sivè in partem, quod enim Juris obtinet in toto, idè & in qualibet ejus parte, *l. quæ de tota. 76. de R. V. arg. l. Jurisgenitium. 7. §. adeò autem. 6. & ibi Jason ff. de Pact. Gail. 2. obs. 69. n. 6. Zang. tr. de Except. cap. 2. par. 3. n. 39. Gylm. Symph. tom 2. par. 1. vot. 1. punct. 2. n. 23.* Sive etiam in rem certam, *Bocer d. Cl. 2. Disp. 6. tb. 14. lit. c.* nisi forte legatarii loco Institutum istum esse intelligamus, *jux. l. quotiens. 13. ubi Alex. C. de her. instit. Vasq. de S. P. §. 30. n. 21.* aliàs namqve & Particularis Institutio, vera Institutio est: non modò cùm quis solus in re certâ heres instituitur, *l. 1. §. si ex fundo. 4. & l. si ita. 74. de Her. Inst.* Sed etiam cùm aliquis coheres datur alii, qui similiter in re certâ est heres institutus, *L. quotiens. 9. §. si duo. 13. & L. seq. ff. eod.* (unde & talis de re particulari institutio facta filio in Testamento non potest adimi nec revocari in codicillis, *Sim. de Præx. de J. II. V. lib. 2. fol. 10. n. 20.*)

Ratio horum est, ne confundantur Jura Testamenti & Codicillorum, *§. Codicillis autem 2. J. b. Sichard. ad rubr. C. eod. n. 2.* sed ut differentia servetur, *L. si idem. 7. C. eod. tit.* Imò ne per Codicillos, qui ex Testamento valent, ipsum Testamentum, quod vires per Institutionem heredum accipit, confirmari putetur, *l. quod per manus 10. ff. b. add. l. si ei. 2. §. hereditas. ff. eod. L. quidam cùm Testamentum. 5. §. sed & cùm veteres. 1. C. de neceß. serv. hered. Donell. lib. 7. Comm. J. C. cap. 19.*

Exinde facilè relucet: Quòd si quis in sua ultima voluntate directè heredes instituat, substituât, aut aliud aliquid agat, quod Testamentariis tabulis magis conveniens est, quàm Codicillaribus, utputa, Filio exheredato, alienas successiones præferendo, *Arism. Tapat. in Compend. Decis. t. 596. c. 6. rub. vel non, pr.* Illum non Codicillos, sed Testamentum facere voluisse, quamvis ultimam istam voluntatem enunciativè Codicillos appellaverit, *l. illud etiam. 13. in f. ff. b. L. non Codicillum. 14. ubi Alex. & Jason. C. de Testam. L. si idem. 7. C. b. Menoch. lib. 4. præf. 3. n. 1. & seq. Sim. de Præx. de J. II. V. lib. 2. fol. 10. n. 3. & seqq. Tusch. tom. 1. lit. c. concl. 406. n. 27. Reusn. tr. de Codic. c. 11. n. 8.* Sicuti **contrario** ista scriptura, quæ saltem Legata & Fideicommissa complectitur, tantùm pro Codicillis habetur, etiamsi à disponente, adhibitis septem Testibus, Testamentum vocata fuisset, *l. ult. ff. de Codic. Menoch. d. l. n. 5. Bocer. d. Disp. 15. tb. 15. Reusn. d. l. n. 9.* Quippe cùm qualitas actus agentis intentionem demonstrat, & faciat, ut non judicetur à nuda demon-

demonstratione, sed ab effectu & forma rei, arg. *L. qui certum. 14. §. si uno anno. 4 ff. Locat. Harp. d. loc. n. 12.* Nec obstat septenarius Testium, numerus Testamentis solummodo proprius: Licet enim Codicillans præcisè teneatur adhibere Quinqve Testes non pauciores, at tamen per istam inclusionem non prohibetur, quo minùs numerum istum ordinarium excedat, majoris securitatis gratiâ plures convocando, ut si qui fortè ex nominatis quinqve Testibus minùs reperiantur idonei, supersit numerus legitimus, arg. *l. heredes palam. 21. pr. ff. de Testament. concord. Constit. Imp. Colon. ann. 1512. edita, tit. Von Testamenten. §. die Notarien.*

(b) *L. Divi Severus. 6. pr. L. illud enim. 13. circ. fin. ff. b. L. si idem. 7. C. eod. §. Codicillis autem. 2. & ibi Harpr. 7. d. t.* Quia est in ulteriori gradu hereditatis datio, *l. 1. l. ex facto. 43. §. Lucius. 2. de vulg. & pupill. l. mulier. 20. §. si quis 2. ff. de condit. Instit.* undè & institutionis verbum pro substitutione usurpatur, *l. si is qui solvendo. 55. & l. 57. ff. de hered. instit. l. si pater. 25. de vulg. & pupill. Bocer. Cl. 2. D. 6. th. 10.*

Substitutio tamen dubia facta in Testamento, potest Codicillis declarari, ut sit directa, quæ alioquin si non esset declarata, intelligeretur magis esse Fideicommissaria, *Bl. cons. 439. & seq. vol. 2. Mant. de C. U. V. lib. 6. t. 4. n. 4.* (c) *d. §. Codicillis autem. 2. l. non Codicillum. 14. C. de Testam. L. hereditas. 4. C. de his quib. ut indig.* Quia est hereditatis ademptio, ut patet ex tot. tit. *7. de Exher. ff. de lib. & postum. & C. de lib. præter. ipsumque vocabulum statim attestatur Bocer. d. l. th. 10.* (d) in cuius defectum hereditas adempta videtur, *l. quidam in suo. 27. §. fin. ff. de condit. Inst. Bald. cons. 475. lib. 2. Arism. Tapat. cap. 5. §. pen. t. 596. Sich. ad rubr. C. h. n. 2. Reusn. cap. 7. n. 24.* (e) *d. §. Codicillis autem. 2. d. l. divi Severus 6. pr. ff. h. c. Johan. Dil. Durant. de A. T. t. 10. caut. 8. n. 1. Bocer. d. l. th. 10. add. Harpr. ad d. §. 2. n. 4.* ubi hanc rationem habet. Quia videlicet Conditionis appositio est particula & accessorium ipsius Institutionis, cui adjicitur, & ob id naturam totius seu principalis non immeritò sequitur, arg. *l. 2. de pecul. leg. l. cum principalis. 178 ff. de R. 7. cap. accessorium. 42. de R. 7. in 6.* (f) Ne hereditas, quæ antea sperabatur saltem, nunc purè detur, arg. *d. §. 4. 7. de inutilib. stipul. Petr. Gregor. lib. 43. par. 3. synt. cap. 1. n. 12. Bocer. Cl. 2. Disp. 6. th. 11. Reusn. tr. de Codic. cap. 7. n. 24. vers. quod si verò. Harpr. ad §. 2. 7. h. n. 7. & 8. Donell. lib. 7. Comm. 7. C. cap. 19. in f.*
Verum-

Verumenimverò hæc sunt cum grano salis, quod ajunt, accipienda. Cùm enim dicimus : Hereditatem Codicillis directò nec dari, nec adimi posse, non tam latum habet intellectum, quasi nullo modo Codicilli sint occupati circa heredis personam? Qvis namque inficias ibit, Heredem Testamento institutum per Codicillos rogari posse, ut hereditatem sibi Testamento delatam alii restituat? siquidem & hoc modo non peccatur contra datam Regulam, quòd hereditas scilicet Codicillis nec detur nec adimatur, denominatio namque ista per Codicillos facta, non est directà & vera hereditatis delatio, sed saltem licita **declaratio**, cui nimirum heres Testamentarius, qui nihilominus verus heres remanet, Trebellianicamque consequitur, acceptam hereditatem, fideicommissi nomine restituere debeat, Didac. Spino de Caceres *Jurispr. Thes. Gl. 32 n. 19. Thad. Piso lib. 3. var. resol. c. 1. n. 18. Reusn. de Cod. c. 7. n. 11. Harpr. ad d. §. 2. f. b. n. 5. & seq. Tusch. tom. 1. lit. c. concl. 406. n. 5.*

Nullum præterea dubium est, quin, si quid obscurius in Testamento circa heredis institutionem aut substitutionem scriptum sit, meliùs Codicillis explicari aut declarari possit, Durant. *d. t. 10 c. 8. n. 3. Tusch. d. concl. 406 n. 26. Exemplum est in L. asse toto. 77. ibi: Quem heredem Codicillis fecero, heres esto, ff. de hered. instit. Bocer. sæpè cit. loc. th. 22. & seq. L. institutio. 10. ibi: Si Codicillis Sejum heredem scripsero, heres esto, & ibi: Cujus nomen Codicillis scripsero, ille mihi heres esto, & ibi §. 1: Ille, si eum Codicillis heredem scripsi, heres esto, ff. de Condit. Instit. Grat. *Disc. Forens. c. 973. n. 30. de quibus consulatur Nic. Reusn. tr. de Codic. cap. 7. n. 15—19.**

Pari modo cùm Testator Filio suo relinquit centum, postmodum, majoris securitatis gratiâ, Codicillis declarat se ea reliquisse jure institutionis, valet declaratio ad sustinendum Testamentum. Reusn. *d. l. n. 20. ubi all. Roman. cons. 179. n. 7. Diss. Mant. de Conj. U. V. lib. 6. t. 4. n. 5. Polyd. Ripa de N. T. cap. 63. n. 32. Bertach. in repert. sub verbo: Codicillus. n. 15. per L. quod per manus. 10. ff. b. Si modò ista declaratio Juri consona sit, (id quod potissimum circumstantiæ dabunt) aliàs nolumus, ut aliquid contra rationem Legum introductum in consequentiam producat, l. quod verò 14. ff. de Ll. Rursus, institutio plurium facta simpliciter in Testamento, potest declarari Codicillis, an-*

debeat ex æquis partibus intelligi. *Dec. conf. 337. n. 1. vers. sed tamen*
his non obstantib. Paris. conf. 2. n. 41. vol. 3. veluti & institutio Filiis æquali-
ter facta videtur quodammodo Codicillis mutari posse, si sci-
licet pater distribuatur & dividat bona inter Filios inæqualiter.
Sim. de Præc. de J. U. V. lib. 2. fol. 10. n. 22. Et quod magis est: potest Testa-
tor heredem institutum, non obstante Regulâ, quod Codicillis nec
dari, nec tolli soleat hereditas, ex certâ & fonticâ causâ, veluti ex
metu sibi ab herede illato, opitulantibus Codicillis indignum he-
reditario lucro declarare, ita ut tanquam incapax hereditate
cadat, ablataque illa, inverso accretionis ordine non acquiratur
heredibus scriptis, sed vel ab intestato succedentibus Legitimis,
vel Fisco applicetur, *text. est clarus in L. hereditas. 4. C. de his quib. ut*
indign. Mant. de C. U. V. lib. 6. t. 4. n. 7. Sim. de Præc. d. loc. n. 27. J. Dil. Durant.
de A. T. t. 10. caut. 8. n. 2. Grat. Discept. For. cap. 902. n. 10. Reusn dict. cap. 7. n. 21.
Sic quoque Clausula derogatoria scripta in Testamento, potest
Codicillis revocari, ita ut posterius Testamentum postea factum,
simpliciter & sine ulteriore revocatione valeat, *Mant. de C. U. V. lib. 6.*
t. 4. n. 9. Vasq. de S. P. §. 25. n. 17. Boer. d. l. t. b. 21. Falsa tamen demonstra-
tio, si tendat in perniciem Testamenti, Codicillis fieri nec debet,
nec potest. Itaque licet quis Codicillis dixerit, se fecisse Testamen-
tum in scriptis, nihilominus talis confessio ex intervallo non potest
irritum facere Testamentum, quod à principio tanquam nuncupa-
tivum robur accepit. *Mant. all. loc. n. 6.*

Illud corollarii loco notandum: Unam aliquam speciem vel
quantitatem semel Testamento, iterumque Codicillis legatam,
tanquam ex diversis voluntatibus, *l. si idem. 7. C. de Codicill.* bis ab he-
rede esse præstandam, *arg. l. planè ubi. 34. §. 2. ibi:* Sed si duorum Testamen-
tis mihi eadem res legata sit, bis petere potero, ut ex altero Testamento rem conse-
quar, ex altero æstimationem, *ff. de leg. 1. §. 3. ibi:* Sed si non Corpus sit lega-
tum, sed quantitas eadem in eodem Testamento sæpius? Divus Pius rescripsit, tunc
sæpius præstandam summam, *ff. eod.* Nisi voluntas Testatoris evidenter
appareat contraria. *Plura vid. apud Nicol. Reusn. tr. de Cod. cap. 22.*
per tot.

THES.

THES. XII.

Forma essentialis Codicillorum est, Quæ ipsum Esse illis tribuit, (a) & ab Imp. Theodosio describitur in *L. fin. §. ult. C. b. bis* verbis: In omni autem ultimâ voluntate (b) excepto Testamento, quinque Testes (c) vel Rogati, vel qui fortuitò venerint, (d) in uno eodemque tempore (e) debent adhiberi, sive in scriptis, sive sine scriptis voluntas conficiatur: Testibus videlicet, quando in scriptis voluntas componitur, sub notationem (f) suam accommodantibus.

(a) *L. Julianus. 9. §. sed si quis rem. 3. inf. ff. ad Exhibend. Vasq. lib. 3. de S. P. §. 30. n. 6. inf. Aug. Barbos. Axiom. 100. n. 1. Reusn. tr. de Cod. cap. 10 n. 1. Et ad unquam servanda est, arg. l. non dubium est. 5. C. de Ll. Tiraqvell. tr. de iudicio in rebus exiguis. vers. hoc tamen intellige. Card. Tusch. tom. 3. lit. F. concl. 415. Aug. Barb. d. axiom. 100. n. 3* adeò ut si deficiat in minimo, actus corruat & nullus reddatur, *arg. l. cū hi. 8. §. si prator. 17 ff. de transact.* Undè nec Formæ quid addi, neque quid detrahi posse censemus, *l. Divus. 7. pr. ibi: nihil facile mutandum est ex solennibus. ff. de in integr. restit. L. 1. §. opus novum ff. de nov. oper. nunc.* Differtque ab accidentali: quòd illa ab ipsius legis autoritate, hæc ab hominis beneplacito inducatur, *Vasq. de S. P. §. 30. n. 7.* (b) Scilicet Codicilli non minùs ac Testamentum veniunt nomine ultimarum voluntatum, *hac l. fin. §. ult. & L. 1. §. 2. C. hic. pr. Inst. de Jur. Codicill.* nimirum, cū quis ampliùs quid non velle sibi persuadet, *l. 1. pr. C. de SS. Eccles. l. dix. sup: th 2. lit. b.*

(c) Eo autem ipso quod pro ultimâ voluntate habentur, regulariter opus habent Quinque Testibus, *hac l. fin. §. f. & L. ult. C. de donat. mortis caus.* Bocer. *th 30. lit. a.* Quod & Br. innuit *ad l. 2. n. 5. ff. de leg. 1.* ubi hoc theorema nostrum videtur ampliare dicendo: quòd Præcise Quinque requirantur Testes in Codicillis & non pauciores, adeò ut, **quamvis** aliquando, fortè ex statuto & consuetudine, hominum

minum

minum memoriam excedente, rescriptoque Principis confirmatâ, secundum cap. cum M. Ferrariensis 9. X. de const. Gilck. ad L. hac consultissima. 21. n. 24. in f. C. de Testam. reperiatur cautum, quò quinarium Testamentum sufficere possit, attamen hoc loco à majore ad minus argumentari, atque ita numerum quoque Codicillorum laxare & fortè Ternarium constituere velle, concessum non esse, asserere non dubitârit, ad Reusn. tr. de Cod. cap. 10. n. 11.

Diversum tamen obtinet in Codicillis coram actis monumentisque publicis factis, qui absque ullis Testibus, perinde ac Testamentum, l. omnium. 19. l. sancimus. 27. C. de Testam. donatio, L. in donationibus. 31. C. de donat. aut quodlibet Instrumentum publicum, cap. 1. de fid. Instr. cap. quoniam, de probat. valere intelliguntur, quâ de re extat tot. cap. 17. Reusn. tr. de Codic.

Etiam si verò necessarium sit, ut Testes rogati Testamentum accedant, per tex. L. hac consultissima. 21. pr. C. de Testam. auth. Rogati. C. de Testib. l. heredes palam 21. §. in Testamentis. ff. de Testam. sicut & solennem rogationis formulam invenimus apud Ulp. in frag. tit. 20. §. in Testamento. §. scil. ita do, ita lego, ita testor, vosque Quirites testimonium adhibetote: Ast in compositione Codicillorum, ad exemplum actuum inter vivos, Dd. comm. ad L. Domitius. 27. ff. de Testam. de quibus testatur Vasq. de S. P. §. 30. num. 14. Supervacaneam esse rogationis observantiam (d) probat tex. in recitato. §. f. l. ult. siquidem ibi sufficit quocunque modo Testes conveniant, sive per singularem invitationem, sive per fortuitum adventum, Sichard. ad rub. C. b. n. 4. Donell 7. comm. 7. C. cap. 19. Card. Tusch. pract. concl. lit. c. concl. 404. n. 6. in f. §. concl. 405. n. 3. §. 4. Harpr. ad §. fin. 7. b. n. 8. Reusn. cap. 10. n. 13.

Imò Vasquius asserere audet, Tabellionem & Testes posse adhiberi eos, qui non solum non rogati, sed etiam invitati detenti atque compulsi sunt contra L. qui Testamento. 20. §. fin. ff. de Testam. Vasq. all. loc. n. 16. Sic quoque nihil interesse scimus, utrum Testes Codicillis adhibiti, sint Masculini an Fœminini sexus. Sichard. ad rubr. C. b. n. 4. Giph. ad L. f. §. ult. C. eod. Bocér. d. th. 30. lit. c. Harpr. ad §. fin. 7. de Jur. Codicill. n. 8. Qualescunque Codicilli isti fuerint sive confirmati Testamento, sive non confirmati. Tusch. d. concl. 405. n. 1. quamvis non simus nescii, Fœminas Testamento Testes esse non posse, l. hac consultissima. 21. C. de Testam. Scilicet quia adhibitio Testium ad confectionem Testamenti est

est de Jure veteri Civili, secundum quod mulier in Calato Testamento testis esse non poterat, quia comitiorum commercium non habebat, Gell. Noct. Artic. cap. 27. Neque in eo, quod per æs & libram fiebat: quia in emancipationibus tanquam solennibus adhibebantur Cives Romani Masculi tantum, non etiam Fœminæ. Ratio autem generalis est, quia aliquid virilis officii sapit Testamentarium hocce Testimonium. Conn. lib. 9. Com. 7. C. cap. 3. n. 3. in med. Unde mulieres tanquam incapaces officiorum Civilium & virilium, l. 2. de R. J. non immerito abesse jubentur ab istis solennibus, arg. l. 20. §. mulier. 6. & §. seq. 7. ff. de Testam. In Codicillis namque non opus est tali scrupulositate, quippe qui respectu Testamenti firmè nullam solennitatem ordinationis desiderant, §. ult. 7. b. proin & sine discrimine sexus admittunt Testes tam Mares, quam Fœminas, præsertim cum & Mulierum Testimonium in cæteris actibus tam mortis causâ, quam inter vivos non despiciatur, ut patet ex l. qui Testamento. 20. §. mulier. 6. ff. de Testam. l. qui eo. 18. ff. de Testib. Vasq. de S. P. §. 30. n. 13. Reusn. d. tr. de Cod. cap. 10. n. 12. Sed quæritur: an & solæ Fœminæ sine ullo masculino Testes in Codicillis esse possint? & non posse Resp. Job. Dil. Durant. de Art. Test. tit. 2. caut. 2. n. 8. Bocer. Cl. 2. Disp. 6. th. 30. lit. c. Hœn. Disp. 11. controuv. 22. in f. contrariam tamen ut veriore defendemus sententiam, per modò cit. l. 20. §. mulier. 6. ff. de Testam. d. l. 18. & arg. l. 1. §. 1. ff. de Testib. Gutierrez lib. 2. quæst. civ. 36. n. 3. in f. Just. Mejer. in Coll. Argent. Disp. ad tit. ff. de Jur. Codicill. th. 15. pr.

Sic quoque Vasquius pro more movet quæstiunculam: An quis possit esse Testis in Codicillis, qui nullam habet Testamenti Factionem? & affirmativè decidit: Si videlicet fortè duo pro uno sumantur de S. P. §. 30. n. 15. Sicque sibi persuadet, duos impuberes doli capaces & honestos valituros tanquam unus pubes, cit. loc. n. 18. Ast nollem periculum facere, & hanc assertionem nisi extremâ urgente necessitate defendere, ne fortè autor sim litium & contentionum. Simpliciter contradicit Tusch. d. concl. 405. n. 10.

Surdus autem, quamvis Testamento testis esse non possit, L. heredes palam. 21. ff. de Testam. l. cum ab initio. 4. & l. seq. quem. Testam. aper. Farinac. de Testib. q. 61. opp. 11. fidem nihilominus aliis actibus facere

F

non

non prohibetur, Vasq. *ibid.* n. 18. *inf. arg. l. nec non. 28. §. quod ejus. 2. ff. ex quib. caus. major. l. ff. de Testib. l. statuas. C. de Relig. & sumpt.* undè & Codicillis in scriptis factis interesse posse non ambigitur, præsertim, quando infortunium hocce, casu ipsi accidisset, & si non ignarus sit literarum, quo scilicet tabulas perlegere, subnotationemque suam accommodare possit.

Cæterum cum Mathefilano *in not. 123. & Alex. in l. si non speciali, nec non Jason. ibid. n. 8. C. de Testam. quos sequitur Vasq. d. l. n. 12.* affirmare, non esse necessarium, ut **Testes Codicillantem** videant, & proin aliquem ob cortinam aut interjectam parietem ex Testium omnium conspectu sublatum, codicillari posse, quid aliud est? nisi fraudationibus & falsitatibus patrocinium commodare, *arg. l. si non speciali. 9. verb. in conspectu testatoris. L. si unus. 12. verb. coram testatore. C. de Testam.* ea propter etiam concludi posse, **Codicillos nocturno tempore** absque lumine celebratos, cum vix ac ne vix quidem effugiant falsitatis suspicionem, nullius esse valoris aut momenti, *docet post multos ibi allegat. Polydorus Ripa tr. de N. T. cap. 142. n. 9.* Quod autem hoc loco diximus Testes conspicere necessum habere Codicillantem, non usque adeò sese extendit, quasi Cæcus in Codicillis nimirum non scriptis, aliquando non possit esse Testis, præsertim, cum & penuria hominum aut alia superveniens necessitas flagigaret: Maximè si non ignarus sit vocis disponentis, Vasq. *d. l. n. 19. in pr.* Laxa siquidem solennitas Codicillaris, non tam strictè curat, etiam si aliquando unus Testium Codicillantem conspicere non possit.

(e) In hoc conveniunt Codicilli cum Testamento, ut **Testes uno eodemque tempore** adhibeantur. *Reusn. cap. 10. n. 14. Harpr. ad §. fin. f. h. n. 8.* Sicque Codicilli perficiantur uno quoque contextu & loco, nullo alio actu extraneo & naturæ non necessario interveniente, *jux. l. cum antiquitas. 28. ibi: vel Codicillus nascitur. arg. l. hac consultissima. 21. ubi Gl. verb. nullo actu. C. de Testam. l. heredes palam. 21. §. uno contextu f. ff. eod. §. sed cum paulatim, ubi gl. verbis uno contextu. f. d. z. Diss. Vasq. de S. P. §. 30. n. 10. Card. Tusch. tom. 1. concl. lit. c. concl. 404. n. 8.* undè non inutile futurum mihi promitto, si quilibet ex Testibus faceret mentionem cæterorum contestium, quò facilius appareat, omnia legitimo modo peracta fuisse. (f)

(f) Alex. Jafon. *in hac L. ult. §. fin. Grals. recept. Sent. §. Codicillus. n. 10. cum seq.* Bocerus *Cl. 2. Disp. 6. th. 31. lit. d.* Donell. *lib. 7. comm. 7. C. cap. 19. ibique* Hillig. *lit. d. in not.* videlicet, ut Testes singuli proprio chirographo corroborent Codicillos annotentque, qui & cujus Codicillis Testes adfuerint, quamvis non superaddant sigilla. Donell. *d. loc.* Reusn. *tr. de Cod. cap. 1. in fin.* Card. Tusch. *pract. conclus. lit. c. concl. 404. n. 8.* Dis. Azo *in summa C. b. n. 10.* Vasq. *de S. P. §. 25. lim. 30. n. 23. vers. contrarium.* Heig. *ad §. fin. 7. h. n. 6.*

Præter hæc autem requisita *in d. l. fin. §. ult. C. de Cod.* enumerata, Codicilli nullam solennitatem ordinationis, teste *Imp. in §. f. 7. h. t.* nullos ritus, nullas formulas, nullum verborum delectum desiderant; sed suâ simplicitate, quippe quæ & legibus amica est, §. *caeterum. 3. 7. de legit. adgn. success.* contenti viribus suis validissimè consistunt, despicientes nimiam & rigidam Juris subtilitatem, *L. Lucius Titius 88. §. ult. de leg. 2. tradit* Reusn. *cap. 10. de Cod. n. 3.*

THES. XIII.

Accidentalis Codicillorum Forma est, quæ Accidentaliter essentiam Codicillorum determinat, & abesse vel adesse absque illorum interitu potest, consideraturque tam ratione Scripturæ (a) & conceptionis verborum, (b) quam ratione ordinis, (c) & confirmationis. (d)

(a) Certum enim est Codicillum perinde ac Testamentum & Fideicommissum, *L. ait Prator. 5. in fin. de Re Judic. L. & sine Scripturâ. §. C. ad SC. Trebell. L. & in Epistolâ. 22. L. ult. in pr. C. de Fideicommiss. L. nutu de leg. 3.* alium esse scriptum; cum voluntas ultima imperfectior scribitur, alium non scriptum, cum coram quinque Testibus verbis nuncupatur, *l. si quis patronorum. 3. pr. ibi: Codicillis scriptis vel sine scriptis. C. de bon. libert. L. generali, 13. ibi: sive scriptâ, sive non scriptâ voluntate. C. de SS. Eccles. L. ne Codicillos. 5. l. fin. §. ult. in f. C. b. Gl. ad rubr. 7. eod. Tusch. concl. 404. num. 9. tom. 1. lit. c.* (ubi tamen negat Codicillum sine scriptis posse Nuncupativum vocari, cum, saltem

saltem hoc proprium, ob nuncupationem heredis, Testamentorum fit) Sive ea voluntas postmodum in scripturam redigatur, sive non, *Gl. in §. non tantum. J. b. & in rubr. C. cod. tex. in l. un. §. 1. C. de Latin. lib. toll. Reusn. tr. de Cod. cap. 4. n. 3. & cap. 9. n. 1.* Quamvis hic posterior modus antiquis, considerato fortè nomine Codicillorum, quo à Codice, qui nunquam absque scriptura est, derivantur, non usitatisimus fuerit, *ut patet ex l. ult. ibi: Codicillos seu scripturam quolibet tenore formatam, C. quemadmod. Testam. aper. L. Divi Severus. 6. §. 1. & 2. l. qui gravi. 11. L. 15. qui unum. 19. ff. h. pr. J. eod. Sichard. ad rubric. C. b. t. num. 6. VVesemb. in w. h. c. n. 3. Rittersh. pr. J. b. Harpr. eod. n. 27. & 28.*

(b) Aliquando namque Codicillus vel est absolutè & impersonaliter conditus, sermone nimirum ad neminem directo, *cujus exemplum in Novell. 159. extat*, quem tamen scriptum ad heredem Legitimū seu ab intestato succedentem, Lex fingit, *l. si quis. 3. pr. ibi: Ad quos legitima ejus hereditas vel bonorum possessio perventura esset. & §. 1. ibi: Agnatus &c. intelligitur is quoque heres scriptus. ff. de Jur. Codicill.* Aliquando Personaliter conceptus est: sermone scilicet ad personam certam directo, *L. cum quis 37. §. Sejam. 2. in fin. ibi: Cum ad certam personam Codicillos scripserit ff. de Legat. 3.* Idque fit vel generaliter, quisquis mihi heres erit bonorumve possessor, *d. l. si quis. 3. pr. ff. h. vel nominatim ad heredes institutos, L. quia autem. 6. §. planè si nominatim. 1. ff. Si quis ommissa causa. & quidem vel ad omnes, L. Lucius Titius fin. ff. de Fideicommissar. libert. vel ad aliquos, aut unum ex iis, d. L. cum quis. 37. §. Sejam. 2. de leg. 3. L. qui gravi. 11. L. is qui unum. 19. ff. h. c. Justus Mejer. in C. A. Disp. de Codicill. tb. 4.*

Et hæ Formæ utroque Codicillo tam vero, quam quasi competere possunt.

(c) Præter quas tamen adhuc peculiaris restat, quæ solos Testamentarios Codicillos respicit: Quatenus videlicet vel sunt anteriores Testamento, illudque præcedunt, *§. non tantum. 1. J. h. l. 3. §. 2. L. ante Tabulas. §. L. 16. ff. eod.* ac nullâ fermè, cum ab ipsorum parte præsumptio militet, *VVesemb. ad d. §. 2. in f. verb. non recessisse. Mynf. d. §. n. 3. Sichardus ad rubr. C. b. n. 6. in f. Reusn. tr. de Codicill. cap. 12. per tot. confirmatione indigent, Mantie. de Conj. Ult. Vol. lib. 1. tit. 8. n. 2. Gædd. ad L. verbum erit. 123. de V. S. n. 1.*

Si

Si modò expressè non appareat, Testatorem voluisse recedere, illosque novis tabulis infirmare, *d. §. 1. §. h. t. & L. 5. ff. eod. vel Postiores Testamento, L. conficiuntur. 8. pr. & §. 3. ff. b. cujus pars l. quidam referunt. 14. pr. ff. eod. L. Sicut. pen. ff. Quemadm. Testam. aper. supplementum arg l. uxorem. 41. §. Codicillis. 2. de leg. 3. & seqvela esse censentur, arg. l. ab intestato. 16. in fin. ff. h. t. Ex quo, etiam si in eo confirmati non fuerint, vires suas capiunt, L. si quis cum Testamento. 3. §. ult. l. Divi Severus. 6. §. 4. eoque perempto, utputa, si heres scriptus recu-
 favorit adire hereditatem, & ipsi perempti censentur, *d. l. 3. §. fin. cod. Petr. Greg. par 3. Syntagm. lib. 43. cap. 1. n. 8. in fin.**

(d) Sunt namque Codicilli alii Testamento confirmati, *d. L. ante Tabulas. §. d. l. Divi Severus. 6. §. ult. ff. b. L. sed etiam ad ea. 31. de leg. 1. d. l. uxorem. 41 §. Codicillis. 2. de leg. 3. L. Testamento. 3. pr. de Testam. Tutel. L. si certarum. 17. §. fin. de Testam. milit. alii non confirmati, L. post le-
 gatum. 5. §. principale. 14. ff. de his, quæ ut indignis. L. libertates. 43. ff. de ma-
 num. Testam. d. l. si quis. 3. §. ult. ff. b. §. non tantum. 7. eod.*

Confirmantur autem secundum *L. conficiuntur. 8. princ. ff. de Jur. Co-
 dicillorum. vel in tempus Præteritum, ut: Codicillos quos antè feci, va-
 lere volo. L. verbum erit. 123. de V. S. vel in Futurum, ut: Si quos Codicil-
 los reliquero valere volo, & ea quæ illis caverò, legavero, præstetis volo. L. Lucius
 Titius fin. de Fideicomm. libert. vel in utrumque, si quid ad hoc Testa-
 mentum pertinens reliquero valere volo, L. Plotiana. 18. b. Petr. Gregor. d. l.
 n. 10. Mejer. in Coll. Argent. d. t. b. 4. Harpr. ad pr. 7. b. n. 24.*

THES. XIV.

Finis Codicillorum est utilitas, (a) eaque tam
 Publica, (b) quàm Privata. (c)

(a) Utilitatem ut Finem Codicillorum dicamus, persuadent
 nobis Scaliger *Exerc. 250. f. 1. Picol. gr. 10. Philos. moral. & Philosophi
 communiter asserentes omnem Finem esse ex genere bonorum.*
 In agendo enim & deliberando maximè consideramus, an quid ex-
 pediat utileque sit, nec ne, *cap. Magnæ 7. X. de voto. Everhard. loc. 131. à
 virtute Finis. n. 1. quì autem malum dici potest, id quod propter se*
 F 3 expe-

expetitur & non alterius causa est, Scaliger 1. poëtic. cap. 1. p. 3. sed cu-
jus gratia omnia fiunt, Aristot. 1. Ethic. cap. 6. Quod primum est in in-
tentione & ultimum in executione, 2. Phys. 7. q. 20. art. 2. Aug. Barb. ax.
99. n. 1. movetque efficiens ad agendum, Zabar. lib. de Nat. cap. 5. f. 239.
Scalig. 3. poët. c. 8. f. 222. & ex. 277. sect. 5. Surdus cons. 67. n. 30. Card. Tusch.
Pract. concl. tom. 3. lit. F. concl. 378. n. 11. patet itaque utilitatem non inu-
tiliter finem Codicillorum dici posse.

(b) Utilitatem Publicam quod attinet, idcirco receptos ait
Reufnerus cap. 10. n. 3. de Codic. esse Codicillos memorando publicæ &
privatæ rei emolumento, quo facilior & expeditior esset ratio ulti-
mæ voluntatis condendæ, supplendique Testamenti, non impe-
dita tot Regulis Juris, quas observare non semper integrum,
imò quandoque planè impossibile est absentibus vel aliâ causâ,
tàm privata, quàm publica impeditis, veluti ob graves & lon-
ginquas peregrinationes, quæ apud veteres frequentiores fue-
rint, ubi si minus quis Testamentum, at Codicillos facere posset,
jux. pr. 7. b. Petr. Gregor. par. 3. synt. lib. 43. c. 1. n. 17. & 23.

(c) Privata utilitas spectatur in Codicillante, cui expe-
dit, ut compendiosissimâ viâ suprema sua elogia condantur,
præferim cum dubio careat, morientium voluntates, tantò ma-
gis impugnationibus & subversionibus obnoxias censerî, quan-
tò pluribus solennitatibus & observationibus sunt obstrictæ, ut
patet ex l. 1. pr. de Testam. milit. l. quoniam. 15. l. cum antiquitas. 28. C. de
Testam. Novell. 119. cap. 9.

THE S. XV.

Effectus Codicillorum præter Actionem, (a) quâ
mediante id, quod nobis Codicillis relictum est,
consequimur, sese offert multiplex & varius, utpu-
ta ratione majoris securitatis, (b) tractionis ad Te-
stamentum, (c) Transactionis, (d) Confirmationis (e)
& Publicationis. (f)

(a) Actionem præcipui effectus cognomine venire, vel ipse
- sva-

svadet *Justus Paulus in L. 15. de R. J.* ubi eum rem habere asserit, qui actionem habere intelligitur. In hac enim potissimum voluntate morientes esse praesumuntur, ut cupide desiderent, quo ipsorum reverentia etiam post mortem apud posteros habeatur, & ultimum beneplacitum, secundum normam Juris rite conformatum, exitum sortiatur. Idque actionis beneficio evenire quis non videt?

Mirifice autem conveniunt unoque ore communiter concludunt Doctores, dari ex Codicillis aut Conditionem ex Legge, sive tanquam ex lege, *juxta Gl. in §. Codicillis. verb. relinquitur. J. h. argum. l. un. ibi: Si obligatio Legge novâ introducta est, nec cautum eadem lege, quo genere Actionis experiamur, ex lege agendum est, ff. de Condict. ex lege.* aut actionem ex Testamento utilem, h. e. inflexam, & propter utilitatem Civium, Legatis & Fideicommissis, quæ Codicillis relicta sunt, accommodatam, *d. Gl. ibi: Cum ad instar Testamenti Codicilli sint inventi. add. Paul. de Castr. in auth. ex causa. n. 12. C. de lib. prater. Petr. Greg. par. 3. synt. lib. 43. c. 1. n. 21. Fab. circa fin. Schneidvv. n. 16. Harpr. n. 17. ad §. fin. J. h. Reusn. cap. 26. per t.*

Sed non apparet, quid refragari velit, quò minus distingui possit inter Codicillos Confirmatos & non Confirmatos, seu ab intestato factos, statuique ut ex illis tanquam Testamentariis partibus idem jus cum suo toto participantibus, detur Actio ex Testamento, (quæ aliquando Legatorum actio petitione cognominatur, *l. 6. §. non simpliciter. 3. si quis omis. causa.*) consent. *Cardinalis Tusch. Pract. concl. tom. 1. lit. C. concl. 404. num. 2. Gothofr. in addit. ad Schneidvv. §. fin. J. de Codicill. Mynsing. ad d. §. fin. in f. Reusner. d. cap. 26. num. 5.* Ex his verò ceu Codicillis κατ' ἐξοχήν ita dictis actio ex Codicillis in specie sic vocata, obtineatur. Non enim hi Codicilli sub appellatione veniunt Testamenti, quasi sui generis, sed potius tanquam species ἀντιδινημιδύαι opponuntur, *Justus Mejer. in Colleg. Argent. Disput. de Codicill. thes. 19.* unde & non eandem actionem competere certum est. Illud hoc loco occasione Actionis in considerationem venit Clausulam Codicillarem Testamento comprehensam operari quidem, ut heres eligere possit,

possit, utrum velit ex Testamento agere, an verò tutiorem semitam, sed non adeò lucrosam ingredi, & sibi relicta per Codicillorum actionem petere. Cum hac tamen expressâ cautione, quod electâ unâ viâ, si non ex voto processerit res, ita ut succumbat, & spe suâ frustretur, aliam postmodum accedere non permittatur. Reusn. d. cap. 26. n. 8. de Cod. ex generali ratione: Quod scilicet nemo possit vel eodem tempore vel ex eadem dispositione & facto, uti contrariis vel diversis actionibus, sed eligendo unam videatur tacitè renunciâsse alteri contrariæ aut diversæ. *tex. express. l. fin. pr. C. b. ubi* Sichardus n. 1. l. quod in herede. 9. §. eligere. 1. ff. de Tributor. actione. l. nemo ex his. 43. §. quotiens de R. 7. Reusn. d. loc. n. 9. Giphani. ad. d. l. fin. pr. C. b. (pag. 126.) namque semper electione unius ex contrariis reliquum absumitur, Sichard. dict. loc. n. 5. Undè Actorem ubiqueque deterioris conditionis esse, quam reum manifestè patet, quod ille plures & diversas actiones proponere non possit, hic nihilominus non prohibeatur, salutem suam in multis & diversis exceptionibus & defensionibus sibi quærere, d. Sichard. n. 2. Ratio autem specialis est: quia qui vult alicui succedere, tenetur esse certus de jure suo *arg. l. sed & si de suâ 34. ff. de Acquir. hered.* Sichard. n. 3. quare ipsi incumbit, inspectis tabulis sese informare, an heredis directi, an verò Fideicommissarii vices sustinere possit. Quòd si nondum certioratus est, abstinebit potius à petitione, servando intacta jura, ne ipsum præmaturi consilii pœniteat, postquam in remedium inquirere integrum non fuerit, *arg. l. sancimus. f. C. in quib. caus. in integr. restit.* Nec est, quòd aliquis velit Libellum suum ita generaliter concipere, ut se non adstringat ad certum genus actionis. Nam si reus nolit generalitatem istam admittere, cogetur actor se declarare, nec prius expectare responsionem rei. Sichard. n. 6. & 7.

Verùmenimverò, hoc non perpetuum esse statim probat *d. legis fin. §. penult.* qui limitationem habet Regulæ generalis, distinguendo inter planè extraneos, quibus propter unicum & solum disponentis beneplacitum datur adspirare ad alicujus hereditatem, & eos, quos præter Testantis constitutionem & ratio naturalis vocare intelligitur.

Illos

Illos enim quod attinet, sectantur suâ petitione solummodo lucrum, tabulis promissum, quod si suâ incuriâ & temeritate dum unam actionem pro alia arripiunt, deperdunt, tolerabilius est, & sibi imputabunt, cum sciant jura esse vigilantibus scripta, *l. 24. in f. ff. quæ in fraud. credit.* Nec sibi competere, ultra istam causam, aliû titulum. Quod tamen in his multè aliter evenire patet ex diversâ succedendi ratione, æquum namque visum fuit, personis conjunctis propter duplex vinculum magis favere, ut ita ipsis liceat, si fortè de hereditate ex Testamento secundum mortui voluntatem agentes, fuerint superati, aut certè sponte voluerint, ad fideicommissi subsidium convolare. Quandoquidem non par eademque ratio svadebat, amittere debita, diminutionemque patrimonii pati & lucra non accipere. *Verba sunt d. l. fin. §. 2. add. l. navis 4. §. cum autem jactus. 2. ibi quia non debet duplici damno onerari, ff. ad l. Rhod. de jactu.* Gaudent autem hocce privilegio Agnati seu venientes per lineam masculinam; Et Cognati, qui per Fœmininam descendunt. Illi quidem tam ascendentes quam descendentes utriusque sexus usque ad quartum gradum. Hi verò usque ad tertium gradum tantum, *tex. est in d. l. fin. §. si quis verò ubi* *Sichard. n. 3.*

Et hæc de primario Codicillorum Effectu. Superaddimus. (b) Tutius esse, si modo Disponentis non interfit heredes institui aliquid Codicillis relinquere quam Testamento *Specul. in tit. de Instr. edit. §. viso de impugnatione. vers. & nota quod tutius est relinquere. Quem referi Bertach. in suo Repertor sub Elem. Codicillus n. 22. ubi admonet ut cauti simus, quo nobis potius quid Codicillis quam Testamento legetur. Ratio esse solet: quia quamvis solenne sit in Testamentis, ut novo perfecto, vetus perimatur, §. posteriore 2. §. quib. mod. Testam. in fir. l. 1. §. non autem. 1. ff. secundum tab. l. 1. de injusto rupto. l. sancimus 27. C. de Testam. L. Pactumejus f. de Hered. Inst. l. si jure 18. l. si quis in principio Testamenti. 22. pr. ff. de leg. 3. Gratian. disc. For. c. 605. n. 6. seq. attamen Codicilli superiores nunquam labefactantur posterioribus, §. fin. ubi Harpr. n. 2. §. h. L. cum proponatis. 3. C. cod. Sim. de Præc. tr. de §. u. V. lib. 2. fol. 10. n. 26. Petr. Greg. par. 3. synt. Jur. lib. 43. cap. 1. n. 13. Sichard. ad rubr. C. h. n. 7. Duaren. ad tit. de Codicillis vers. omnes Codicilli. Grat. d. l. n. 8. nisi contrariis v. g. Si quis temporibus diversis ordinaverit diversos Codicillos, dissona vo-*

G lun-

luntate, tunc ille qui prior factus est, in contrariis illis capitulis per
 posteriorem revocatus intelligitur, *d. l. cum proponatis 3. C. b. l. divi 6.*
§. licet 2. in f. ff. b. l. clari 19. C. de Fideicommiss. Harpr. d. l. §. 3. Similiter
 cum reperiuntur duo Codicilli, quorum unus certam rem alicui
 concedit, alter verò rursus eandem rem adimit, & in alium transfert,
 neque tamen apparet, uter horum prior sit: dicendum videtur
 (quandoquidem privatio semper habitum præsupponere solet. *l. manumissiones*
de 7. & 7. l. decem 116. de V. S.) eum Codicillum posteriorem esse & præ-
 valere, qui rem & aufert & transfert, *d. l. cum proponatis 3. C. b. Mant.*
de C. u. V. lib. 6. t. 4. n. 11. Harpr. ad §. fin. 7. b. n. 4. & 5. Aliàs si Codicil-
 li non sunt inter se contrarii, ad imitationem contractuum inter vi-
 vos, ambo simul sustinentur, *d. l. 3. C. b. Vasq. de S. P. §. 30. n. 64.* Ita-
 que si duo Codicilli eodem die fiunt, & in uno certa res legatur Cajo,
 in altero eadem res Mævio conceditur, ambo Legatarii concu-
 runt, & simul admittuntur ad Legatum, facientes sibi partes tan-
 quam re conjuncti. *Gl. d. l. cum proponatis 3. verb. contrarium. l. un. §. 11.*
vers. sin autem disjunctim C. de Caducis toll. arg. l. si Fortidianum. 7. pr. C.
de legat. Mant. de C. u. V. lib. 6, tit. 4 n. 10. Quod autem diximus Co-
 dicillos priores posterioribus non labefactari, id non solum per se ve-
 rum & firmum est, sed etiam amplius extensionem patitur, adeò
 ut ne quidem superveniens Testamentum, si non appareant lucu-
 lenta indicia Testatorem nimirum illo voluisse derogare Codicillis,
 illis quid nocere possit, *§. non tantum autem 1. 7. hic l. ante tabulas 5. ff.*
eod. Specul. d. t. de Instr. edit. §. compendiose. vers. sed & considerandum est
Bertach. d. loc. (c) Non minoris pretii est, & meritò effectus cogno-
 mine venit quod Baldus notat. Codicillos trahi ad mentem Te-
 stamenti & contra *in l. Nescennius vers. sed hæc nimium scrupulosa.* (*al.*
est l. 33. ff. de Excusat. Grat. disc. forens. c. 571. n. 26 & 45. Sc. si fortè
 quid dubiè positum sit in Testamento, illud per Codicillos superaddi-
 tos explicari, declarari posse & viceversâ. Nimirum ut bona
 servetur consonantia inter partem & totum, omnisque contrarietas
 quippe ultimis voluntatibus invisâ, funditus extirpetur. Aliàs enim
 si omnis contradictio tam accuratè non posset evitari, standum potius esse Codicil-
 lis tanquam posterioribus dispositionibus, quàm ipso Testamento probat. *Sim. de*
Præf. lib. 2. d. I. u. V. fol. 10. n. 23.

Et

Et licet Codicillus hereditatem inutiliter Testamento datam confirmare non possit, quò directa debeat, *l. si ei 2. §. fin. l. quod per manus 10. ff. h.* hoc tamen præstare valet, quod plerumque Clausula Codicillaris, nempe, ut videantur legitimi ab intestato succedentes gravati absque hæsitatione restituere aditam hereditatem, scriptis in tabulis heredibus, retentâ remunerationis loco Trebellianicâ, *tex. eleg. & gl. d. l. si ei 2. §. hereditas ff. eod. l. 1. & 2. C. d. t. Dom. Card. Tusch. pract. concl. tom. 1. lit. C. concl. 404. n. 10. ubi all. Oldrad. conf. 138. factum tale est.* Quando autem hoc loco & aliis pluribus Testamentum diximus se habere ut totum, Codicillos verò se Testamentariis partibus comparare: ansam præbemus justæ dubitationi; videlicet: Si quis heres institutus post mortem Testatoris approbaverit Testamentum, an videatur etiam approbasse Codicillos, in quibus in sui gratiam reperitur quid detractum illis quæ scripta sunt in Testamēto? Obviatur huic disceptationi Cravetta *Cōsil. 257. Divino subsidio* virtute sequentis distinctionis. Aut enim, inquit, ignorabat Codicillos, aut non ignorabat. Priori casu (quandoquidem regulariter heres non præsumitur scire Codicillos compositos esse. *l. non est ferendus 12. de Transact. l. si servū 91. §. de illo 2. de V. S. Mant. de C. U. V. lib. 6. tit. 4. n. 12. Reusn. de Cod. cap. 25. n. 2. Giphon. ad l. fin pr. C. h. cum videlicet Testamentorum sint accessoria & quasi appendices saltem, quorum præsentia & absentia nec prodest nec nocet Testamentis) suâ approbatione sibi præjudicare non potest. Si vero non erat nescius tenoris Codicillorum, tunc ipsius generalis approbatio sese non extendet ad codicillos & videbitur approbando Testamentum, quasi Codicillis tacitè renunciassè.*

(d) Pari modo & Transactio non porrigitur ad Codicillos postea repertos, ut major summa quæ illis debetur, peti non possit *tex. est in L. Imperatores. 3. §. cum transactio 1. l. non est ferendus. 12. de Transact. Arism. Tepat. comp. decis. tit. 596. cap. 3. §. f. scilicet: quia sicut non inspectis cognitisque verbis Testamenti neque de eo transigi neque veritas ullo modo exquiri potest. l. de his 6. ff. de Transact. l. 1. ff. Testam. quem aper.* ita consequenter, Transactio interposita super Testamento, nondum prolatis Codicillis, restitutionem non impediet. Censentur namque Codicilli ipsius Testamenti pars, *l. pen. ff. eod. l. quidam referunt 14. pr. ff. h. nec Testamentum aperiri neque proferri nisi to-*

tum, intelligitur, *argum. l. 1. §. edere pen. l. ubi exigitur in fin. pr. l. argentiarius. 10. §. edi autem 2 ff. de Edend. arg. l. scyphi. 4. ff. de opt. leg. Reusa. tr. de Codic. c. 22. n. 7. & 8.*

(e) Quemadmodum autem rupto Testamento, dispereunt Codicilli pendentes ex isto Testamento, ita quoque æquum visum est, versâvice & denuò confirmato Testamento Codicillos quoque confirmari, *tex. est in l. rupto. 1. C. b. id quod fit adhibitis quinque Testibus. jux. Gl. d. l. rupto, verb. literas & Gl. l. qui ex liberis pen. §. Testamento verb. aliu literis. de bon. poss. secund. tab. non obstante Gl. in l. heredes palam. 21. §. etsi notam, verb. posse. ff. de Testam. distingvendum namque esse inter declarationem & confirmationem probat Sichard. d. l. n. 7. in pr.*

(f) Cùm verò sine Publicatione Codicillorum perindè ac Testamenti, nulla executio esse queat, ut aperiantur, inspiciantur & describantur necessum est. Hoc autem iisdem modis, quibus Testamentum consuevit, fieri solere testatur *luculenter. Tex. in l. f. & ibi Bald. C. quemadm. Test. aper. Arism. Tepat. Comp. Decis. tit. 596. c. 6. rubr. vel non §. fin.* unde & edictum de tabulis exhibendis, non tantùm Testamentariis tabulis proprium esse, sed etiam Codicillis competere dubio carere facit *l. 1. §. hoc interdictum. 2. seqq. ff. de tabul. exhib. Vid. Reusn. tr. de Cod. cap. 25. per tot.* Quo pacto autem ista exhibitio petatur docet *Speculator de Testam. §. nec dicendum in pr.*

THE S. XVI.

Cognata Codicillorum sunt reliquæ ultimæ voluntates, quocunq; nomine Titulo vè veniant, quibus aliquid consideratâ mortalitate in alium confertur, veluti: Testamentum, tam solenne (a) quam inter liberos (b) donatio causa mortis (c) Epistola fidei commissaria (d) & per quam libertas datur (e) Testatio apud amicos (f) nutus. (g)

(a) Inproptatulo namque est, Codicillos eandem Formam accidentalem, scripturam scilicet & nuncupationem cum Testamento participare, solumque ab eo fieri, cui Testamenti factionem natura & Lex non denegarunt. Dissonat tamen & Testamentum à Codicilli-

dicillis multipliciter, ut videre est apud Nic. Reusn. 17. de Codicill. cap. 27. per tot. Ubi n. 2. differentiam notat ratione Originis, n. 3. ratione usus, n. 4. Formæ essentialis n. 5. Materiæ, n. 7. heredis institutionis & substitutionis, n. 10. pluralitatis, & deniq; n. 11. ratione actionis.

(b) Quo Parentibus substantiam inter liberos partiri concessum, est l. hac consultiſsimâ. 21. C. de Testam. l. Filii. 16. & l. fin. C. Fam. excise. ejus autem cognatio spectatur multis in partibus, præcipuè tamen in præsumta Clausula Codicillari. *supr. th. 4. lit. b.*

(c) Cùm quis ob mortis suspicionem ita donat, ut si quid humanus postea ei contigisset haberet is, qui dono accepit, sin autem super vixisset, is, qui donavit, reciperet, §. mortis causa. 1. J. de donation.

(d) Cujus mentio fit, in l. cum heredes 7. C. qui Testam. fac. poss. (ubi etiam Codicillus & hujusmodi epistola inter se comparantur) l. miles 75. pr. l. 77. §. donationis. 26. de leg. 2. l. quæsitum est. 78. §. Mevi fili. 1. de leg. 3. l. alumne 30. §. ult. de adim. leg. l. epistolam 75. pr. ad SC. Treb. l. & in epistola 22. C. de Fideicommiss. Differt tamen à Codicillis 1. ratione scripturæ, cum scilicet Epistola nunquam sit absque scripturâ licet Codicilli quandoque nuncupativi reperiantur, Reusn. cap. 9. n. 7. quam differ. negat. Giphan. ad l. fin. §. fin. C. b. 2. Ratione præmissæ salutis, sine quâ epistola non amandatur. 3. Ratione Illius ad quem dirigitur. Qui in epistola est amicus fortè aliquis aut propinquus: In Codicillis semper heres aut Testamentarius, aut legitimus. 4. Ratione Legatorum quæ in Codicillis præsertim confirmatis Testamento dari possunt. Huc referuntur etiam Literæ quibus affectus animi exprimitur, l. Fideicommissa. 11. §. si ita quis scripserit 2. de legat. 3. & futura hereditas promittitur. l. literæ 17. ff. b. quamvis vim Codicillorum, cùm nempe nulla certa voluntas in illis conspiciatur, nunquam obtineant, d. l. literæ 17. Reusn. d. cap. 9. n. 9. seqq.

(e) L. un. §. sancimus. 1. ibi: quasi ex imitatione Codicilli delata C. de Latin. lib. toll. (f) L. Pamphilo 39. §. propositum. 1. de leg. 3. item manumissio inter amicos, d. l. un. §. 2. ibi: Quasi ex Codicillis libertatem adipiscentes. C. de Latin. lib. toll. §. multis autem. 1. J. de Libertin.

(g) Quo etiam Fideicommissum relinquitur, l. nutu 21. pr. ff. de leg. 3. l. & in epistola 22. C. de Fideicommiss.

De quibus omnibus, & pluribus etiam videri possunt Giphan. in l. ult. C. h. r. Rittershus. in explic. Novell. par. 6. c. 1. n. 10. & Justus Mejer. in C. A. disp.

de Codicill. th. 26. per t. ubi & Rogationem nudam, & Schedam ad cognata Codicillorum referunt.

THEs. XVII.

Contraria Codicillorum sunt ea omnia, quæ ipsorum progressum, operationemque impediunt, dirimunt, tollunt veluti: Contraria voluntas, (a) Mors, eaquæ tam Naturalis, (b) quàm Civilis, (c) Postumus, (d) inimicitia, (e) repudiatio, (f) Cl. Derogatoria, (g) interfectio Codicillantis. (h) Nihil autem nocet præteritio liberorum, (i) absentia heredis Fidei commissarii, (k) falsa opinio, (l) Convalescentia Codicillantis. (m)

(a) Quæ postea legitimè geruntur prioribus derogare indubitatum est: *l. divi. 6. §. licet. 2. ff. b.* Undè colligitur, Codicillos Contrariâ voluntate infirmari. Nemo enim sibi tam strictam, tamque difficilem observatu Legem, dictitare potest, licet velit, quo scilicet ipsius Tabulæ perpetuæ sint, sibi que non liceat mutato proposito ab illis recedere. Quis namque rigor esset ingenuum hominem sese propriæ servituti mancipare.

Qualis autem, & quanta hæc voluntas esse debeat, dubio Marte huc usque inter Dd. disceptatum est: Quidam nondum placitum pro sufficienti declarare non dubitarunt, moti quod olim antè constitutionem Theodosii Imperat. *in l. fin. §. fin. C. b.* fortè constiterint. Codicilli saltem nudâ voluntate, paucissimis aut planè nullis stipati solennitatibus.

Nonnulli in declaratione istâ quali quali noluerunt acquiescere, exposcentes solutionem legitimo modo formaque procedentem, illamque vel per Testamentum vel per Codicillos contrarios factam, Scilicet ut res eo modo quo colligata erat, dissolvatur, *l. nihil tam naturale est. 35. de R. J. argum. l. qui ex liberis. 11. in fin. de Bon. poss. secund. tab. Novell. 107. cap. 2. l. antè tabulas. 5. ff. b. l. cum proponat. 3. C. cod. vel per revocationem coram quinque Testibus, Menoch. 1 pres. 51.*

v. 8.

n. 8. Quæ posterior sententia nobis arridet. Vid. ea, quæ de revocatione tacita & expressa Codicillorum notat Tusch. tom. 1. lit. C. concl. 408. n. 1. & seqq.

(b) Mortem naturalem rumpere Codicillos manifestum fit in eo qui illis honoratus erat, si fortè anteqvam Codicilli effectum sortiantur, i. e. vivo Codicillante, illam oppetat, l. un. §. in primo 3. & §. seq. C. de Caduc. toll. l. quidam referunt, 14. ff. h.

(c) Quæ nihil aliud est, quam cum quis cooperante Jure Civili in eum statum redigitur, ut parum Discriminis inter illum & reverâ mortuum dignoscatur. Veluti est Deportatio, Vasq. de S. P. §. 30. n. 69. in pr. vers. quid si Codicillos. Interdictio aquæ & ignis, Vasq. d. n. 69. vers. & similiter. Proscriptio, id. ibid. vers. ergò & si proscriptus, Damnatio ob Crimen Læsæ Majestatis, d. Vasq. n. 71. in fin. ob carmen Famosum. Vers. idem futurum. ad Bestias vel opus metalli, modo citato n. 69. vers. quâ ratione. Quo & refertur status Servilis Codicillantis, sive per captivitatem, n. 68. sive per suiipfius venditionem contigisset, n. 69. in pr. Servitutisque imitatio, Obsidis locodatio. n. 71.

(d) Nativitate postumi sicut rumpitur Testamentum quod principale est, §. postumi 1. 7. de Exher. liber. ita etiam Codicilli, qui ex eo Testamento tanquam accessorium pèdere intelliguntur rumpi putantur, l. 1. C. h. t. argum. cap. accessorium 42. de R. 7. in. 6. Tusch. concl. 406. n. 5. Cum hac enim quasi conditione semper conficiuntur, ut, tamdiu valeant, quamdiu Testamentum viribus consistere possit.

Ratio autem quare Postumo tantam vim contra ritè compositas tabulas largiamur est, quia firmiter persuasum præsumtioneque juris munitum tenemus, parentes malle suam posteritatem præferre alienæ, l. cum acutissimi 30. C. de Fideicom. l. generaliter 6. §. 1. C. de instit. & subst. l. cum avus. 102. de condit. & demonst. Omnes autem Codicillos ex Testamento pendere, intelligimus, sicque dici cohærentes, sive anteeant Testamentum, sive subsequantur, sive sint confirmati illo, sive non confirmati. Nam licet antiquitus cum essent facti Codicilli antè Testamentum, non valebant nisi expressè sequen-

quenti Testamento confirmati, *l. antè tabulas 5 ff. h. attamen ex re-*
scripto Div. Severi & Antonini, cuius mentionem facit. §. 1. 7. cod.
 omnes Codicilli tam anteriores quam posteriores finguntur semper
 confirmati, modo non appareat Testatorem voluisse à primâ volun-
 tate recedere. *d. §. 1. late Richard. ad l. 1. C. d. t. n. 1 2. 3 Fr. Duar. disp. anniv.*
lib. 2. cap. ult. Quod si verò Codicilli per se subsistant, sive sint
 facti ab intestato, quos scilicet prorsus nullum Testamentum antecessit,
 nec secutum est, sive etiam post Testamentum non ritè jureq; factum,
 existant. Cùm patia sint, aliquid non esse, & non jure esse, *argum. l. si*
aut nullum. 4. C. de Leg. hered. l. quotiens. 6. ff. qui satisd. cog. Postumi
 agnatione rumpi non creduntur, *l. si quis 3. §. sed si Codicillos 1. l. qui*
gravi. 11. l. is qui unum pen. ff. h. 1. 1. C. cod. Valq. de S. P. §. 30. n. 72. vers.
nam si ab eo. Quia & ipse Postumus heres scriptus & Fideicommis-
 so oneratus intelligitur. *d. l. si quis. §. 1. l. conficiuntur. §. §. sed ideò. 1. ubi*
Gl. verb. possunt. ff. de Jur. Cod.

Eadem distinctio servanda erit, si fortè post factos Codicillos
 quis Filium adoptasset aut arrogasset, *§. 1. 7. quib. mod. Testam. in-*
firm. arg. l. si arrogator. 22. ff. de Adopt. Valq. d. n. 72. in pr. & vers. idem si a-
liquem propter imaginem naturæ. l. filio. 23. de lib. & postum. §. minorem.
4. 7. de adopt. aut Filium naturalem legitimasset secundum Novell. 74.
& 89. Valq. d. n. vers. idemq; si filium. aut etiam nepos ex Filio, vivo
 avo Jura suicitatis cepisset, *l. postumorum 13. de injusto rupto. §. postumo-*
rum 2. 7. de Exhered. liber. Gl. Jason. & Dd. comm. ad rubr. ff. de lib. & po-
stum. & rubr. C. de her. instit. Valq. d. n. 72. in fin. Sed incidit hoc loco
 elegans casus fundatus, *in l. cum pater 77. §. cum existimaret. 29. de leg. 2.*
& in l. qui gravi. 11. cum 2. seqq. ff. de Jure Codicill.

Quidam cùm haberet unicum Filium, cupiens intestatus decede-
 re, faciendo Codicillum legat amico suo Centum, ex insperato na-
 reitur Postumus, ita, ut jam duorum Filiorum Pater existat. Undè
 suboritur fluctuatio, quo pacto Legatarius voti sui compos fieri pos-
 sit, & an ab utroque Filio legatum intelligatur. Dirimunt autem
 Dd. rem istam per distinctionem: Utrum generaliter (*quisquis mihi*
heres erit) loquendo Pater dederit Legatum, & sic Postumum quoque
 voluisse onerare statuunt, an nominatim? (*Titium filium meum rogo*
Centum amico solvat) sicque totum Legatum ex personâ Titii filii pen-
 dere

dere autumant. Ne tamen plus justò & ultra æqvitatís normam fi-
lius gravetur: Ulterius distinguunt inter legatum dividuum, quod
fortè pondere numero aut mensurâ constat (Legatû Quantitatís dicimus)
& inter individuum, qualia sunt Libertatis & Servitutum, conclu-
dentes, Filium solvendo dimidium legati dividui, sicqve quinquaginta
saltem, liberari, *Gl. in d. l. qui gravi II. verb. à solo filio. ff. b. quâ de re vid.
latè* Sichard. *ad l. 1. C. b. n. 5.*

(e) Supervenientes Inimicitia capitalis vel gravissimæ inter
Testatorem & eos quos Codicillis honoraverat, faciunt, ut ademptum
videatur quod Codicillis relictum erat. *l. si quis ita. 3. §. non solum au-
tem. fin. argum. l. ex parte. 22. de adim. legat. Vasq. de S. P. §. 30. n. 66.* Quod
si verò inter Testatorem & non omnes, sed aliquos saltem aut u-
num ex his qui honorati fuerant, tales inimicitia oriantur graviores,
(levem enim offensam illud non operari certum est, *d. l. si quis ita. §. fin. in f.*)
tunc respectu illorum tantum, contra quos inimicitia ista probantur,
Codicilli peribunt, respectu reliquorum verò sustinebuntur. *arg. l.
quæ de tota 76. de R. V. arg. l. an pars. 3. ibi: ut hoc sit in parte quod in toto.
ff. pro derelict. arg. l. heredes mei 7. §. cur ita. 1. ibi: sed cum in fideicommis-
sis voluntatem spectari conveniat. & ibi: absurdum esse partis petitionem denegari.
ff. ad Trebell. arg. l. 6. ibi: pro ea parte debentur, quæ Testatoris mortis tempo-
re fuerit. ff. de leg. 1. Vasq. de S. P. §. 30. n. 67.*

(f) Si nimirum heredes Legitimi, ad quos tacitè Codicilli veri di-
recti intelliguntur, repudiaverint hereditatem, *argum. l. si quis
cum Testamentum. 3. §. f. de Jur. Codic. argum. l. si nemo ff. de Testam. tutel.
argum. l. 181. de Rj. in tantum, ut cum non videatur consentaneum
voluntati Testatoris, non audiendi sint Codicillis honorati, si
semetipsos offerant ad adeundam hereditatem, argum. l. eam
quam 14. C. de fideicom. Vasq. d. §. 30. n. 62.* Illud magis controver-
sum est: an abstinentibus fortè heredibus legitimis proximioribus
tantum, remotiores succedentes teneantur Codicillis satisfacere
& per illos relicta, præstare. Ratio Dub. pro negativa in eo
consistere censetur, quod ab intestato Legata & Fideicommissa ab
iis solummodo videantur data, qui proximiores in gradu defunctum
respiciunt. *l. ab eo 9. C. de Fideic. §. potest. 1. vers. hoc solum. 7. de singul. reb.
l. 1. §. illud certè. 9. de leg. 3.* Quibus enim nihil datur, illos nec rogan-
do obligare, aut ab illis quid legare & Fideicommittere possumus.

H

l. sed

l. sed et si sic 6 in f. eod. Potiuntur siquidem magis fortuito, quam ex præ-
 meditato defuncti iudicio, hereditate, *d. l. 6. Gl. verbo repetitum, Br. Bl.*
n. 8. Paul. Castr. in l. non iustam. 4. C. ad Trebell. Jason. in l. licet Impera-
tor. 74. n. 39. de leg. 1. Quæ tamen non obstante, concludendum est,
 intestatum decedentem legitimos etiam remotiores ad præstanda
 Codicillis relicta, posse onerare, si fortè proximiores sese noluerint
 hereditati immiscere. *Gl. in d. l. 1. §. illud certè. 9. verbo non debere ff. de*
leg. 2. ibi Dyn. & Br. Id. Bart. in l. cum pater. 77. §. cum existimaret. 29. ff.
de leg. 2. Vasq. d. l. n. 63 Harpr. ad §. 1. f. h. n. 9. Eo namque ipso, cum
 paterfamilias qui Testamenti factionem habet, dicit: Quisquis mihi
 heres erit bonorumve possessor ejus Fidei committo, perinde est, ac si
 omnes, ad quos legitima ejus hereditas vel bonorum possessio per-
 ventura esset, nominatim vocasset, *verba sunt l. si quis cum Testamen-*
tum. 3. pr. ff. b. Mant. de C. u. V. lib. 6. t. 4. n. 13. & 16. tacitè scilicet con-
cedendo, quod apertè adimere ipsi non fuit denegatum. Scivit
 namque Mortem hominibus certam incerto tempore imminere,
l. 1. §. 2. de condit. & demonstr. omnia solvere, novella. 22. cap. deinceps.
20. pr. facereque sæpè numero, ut etiam adhuc vivente disponente,
 heredes remotiores proximi fiant. Itaque maluit, videri potius uni-
 versos, tam propiores tum temporis, quam remotiores, non turbato
 tamen legitimo succedendi ordine, heredes invitasse, quam saltem
 in prioribus, exclusis remotioribus metuendo suo semper cum da-
 mno, acquievisse. Unde nunc soluto isto nodulo, quod etiam re-
 motiores succedentes intelligantur à Codicil ante rogati: Conse-
 quens est, ut non possint non solvere legata à se quasi relicta. *argum. l.*
un. §. pro secundo. 4. ibi: sed omnes personas quibus lucrum per hunc ordinem defer-
ret, eas etiam gravamen quod ab initio fuerat complexum, omnimodo sentire, sive
in dando sit constitutum, sive in quibusdam faciendis, vel in modo, vel in conditio-
nis implendæ gratia, vel alia quacunque via excogitatum, Neque enim ferendus est
is qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit, C. de Ca-
duc. toll.

(g) Cum nimirum quis fecit Testamentum, superadditâ protesta-
 tione, nolle se Codicillos valere, quos postmodum facturus esset, o-
 perabitur hæc Clausula derogatoria, ut non subsistant Codicilli post
 Testamentum hocce facti, nisi expressè in illis hæc Clausula revo-
 cata fuerit, *Vasq. de S. P. §. 30. n. 25.*

Nec

Nec obstat huic assertioni, *l. divi. 6. §. 2. ff. de Jur. Codicill. ubi*
JCrus Martianus asserit: Codicillos absque subscriptione & subscri-
ptione nihilominus valere, licet paterfamilias in confirmatione
adjecerit, ut non aliàs valere velit, quum suã propriã manu signatos
& subscriptos: Quia & hoc in casu non excluditur revocatio adjectæ
protestationis, ut postea ritè gesta prioribus derogare possint. Tam
diu enim Codicilli posteriores censentur invalidi, quam diu obsta-
culum illud Clausulæ derogatoriæ ipsorum perfectionem impedit,
quod ut expressã contrariã voluntate tollatur (sicque reapse ostenda-
tur, neminem posse sibi legem fingere, à quã non liceat sibi recedere,
Bar. ad. d. l. 6. §. licet.) requiritur. Et hujus Controversiæ usus non
ignobilis est, solent namque sæpissimè inveniri Testatores, qui sibi
metuant, ne fortè uxoris aut cognatorum suorum intempestivis & in-
tolerabilibus obsecrationibus, minis & indignationibus aut omninò
insidiis eò redigantur, ut firmiter conceptum propositum disturbare
atque ritè compositæ in tabulis testamentariis voluntati aliquid de-
trahere cogantur. Quapropter nobilissimum hocce præsidium, tan-
quam ultima, quod ajunt, anchora ipsis superest, ut nempè Testamen-
tum suum, jamjam ruinam minitans Clausulã istã derogatoriã con-
tra ejusmodi insultus muniant, atque postmodum illegitimis flagi-
tantium cupiditatibus, fictis Codicillis planeque inutilibus respon-
deant, auri sacram famem spe non re explentes.

(b) Ab eo videlicet quem Codicillis honoraverat, quamvis
intempestio ex justã aliquã causã, dolore aut indignatione (*utp. quod fortè uxor oc-
cisoris compressa fuisset*) provenerit *Ulp. d. S. P. §. 30. n. 82.* & hoc proce-
dit, non solum ex præsumpta Codicillantis voluntate, qui si scivisset
amicum tam citò inimicum sibi futurum, dubio procul intermisisset
tabularum compositionem.

Sed etiam ex communi legandi donandive consuetudine, juxta
quam homines facultates suas non inimicis sibi nocivis, sed potius
amicissimis & de se optimè meritis concedunt, *l. nec adjecit: 9. ff. pro
Socio.* negari autem non potest Codicillanti occidione ista irrepara-
bile damnum, indelebilemque injuriam illatam esse.

(c) Codicilli κατ' ἐξοχήν sic dicti, seu sine Testamento ab inte-
stato ordinati, non vitiantur liberorum præteritione, Nam
licet

licet aliàs in Testamentis liberi vel heredes instituendi, vel nominatim sint exheredandi, si Testamentum viribus subsistere debeat. *l. inter cetera 30. cum seq. ff. de lib. & postum. l. 1. de injusto rupto. pr. 7. de Exhered. Novell. 115. c. 3.* tamen cum Codicillis hereditas neque detur neque adimatur, *l. si ci. 2. §. hereditas. ult. l. divi. 6. pr. L. quod per manus. 10. ff. h. l. hereditatem. 2. C. eod. l. pen. §. ult. ff. de condit. institut.* & liberi ab intestato parenti Codicillanti heredes remaneant, illi Codicilli benè subsistunt. Præsertim quia & ratione bonorum nullam læsionem sentiunt liberi, præstantes saltem Legata & Fideicommissa à se tacitè relicta. Et hoc in tantum verum est, ut quamvis pater qui Filii legitimam se per modum Testandi diminuere non posse sciebat eam diminuisset per modum Codicillandi, omnia bona sua Fideicommissis & legatis exhauriendo, insuperque tam legitimæ quam Falcidiæ & Trebellianicæ detractionem prohibendo, attamen Codicilli ejus saltem quoad Legitimam irriti fiant: quâ obtentâ Filius non solum ad ulteriorem querelam non admittitur sed etiam Codicilli quoad residuum sustinebuntur, *argum. l. omnimodo. 30. in pr. argum. l. quoniam in prioribus. 32. & l. scimus. 36. §. cum autem 1. ibi:* Sic etenim Filius suam habebit portionem integram & qualem leges & nostra constitutio definivit, & scriptus heres commodum quod ei Testator reliquit cum legitimo moderamine sentiet. *C. de in offic. Testam.* Id quod & in liberto, & eo, qui ipsi assimilatur, Filio emancipato *l. 1. pr. ff. si à patre quis manum. obtinet,* ubi similiter talis via eligenda est, quæ & Legitimam Parentibus & Patronis debitam, *§. sed nostra 7. de success. libert. & Filii aut liberti ultimam voluntatem factam rectam conservat. Vasq. de S. P. §. 30. n. 74. in pr. & fin. & d. n. 75. vers. ergò & filius.* Ratio autem generalis harum rerum videtur esse: Quia ubi dissonæ seu diversæ sunt Dd. sententiæ, prævalet potius, quæ est pro ultima voluntate, quàm quæ est contra illam, *argum. l. si pars. 10. pr. ff. de inoffic. Testam. l. in Testamentis. 12. de R j. argum. l. nulli 28. C. de Episc. & Cleric. rationis verò ratio seu αἰτιολογία est: quia causa conservationis ultimarum voluntatum respicit tam publicam utilitatem. l. vel negare. 5. Testam. quemad. aper. quam privatam pietatem. Novell. 1. c. 2. vers. si verò expressim.* Quid si verò Pater, prohibita legitimâ & Trebellianicâ, Codicillis universas facultates in extraneos contulisset, exprimendo se hoc modo propter

pter notoriam aliquam ingratitude[m] (utp. ob damnum gravè datum.)
Filiu[m] scienter & consultò præterisse? an ne Filius hoc modo carebit
& legitimâ & omni planè lucro hereditario? & non carere sed ad le-
gitimam supplendam agere posse, rectè putat Vasq. d. S. P. §. 30. n. 76.
per tot. etiamsi Codicillis honorati sese offerant ad probandam istam
ingratitude[m]. Non enim ferenda est talis cum causæ expressio-
ne præteritio, quæ in effectu nihil aliud est, quam exhereditatio, pla-
nè Codicillis invisa & aliena. §. Codicillis autem. 2. J. b. l. non Codicillum
14. ff. de Testam. l. hereditas. 4. C. de his quib. ut indignis.

(k) Ad Codicilli prævalentiam, parum aut nihil conducet, si vè he-
res Fideicommissarius præsens si vè absens sit. l. non idcirco 4. C. de
Codic. Bertach. in Repert. Elem. Codicillus. n. 29. Reuln. tr de Codic. cap. 14.
per tot.

(l) Movet Vasquius quæstionem. §. 30. de S. P. n. 79. Si is qui Co-
dicillos composuit, audivit fortè, mortuos esse eos quos Codicillis
honoraverat, alios Codicillos fecit, adjiciens: Quia illos quos ho-
norare volui, superstites habere non potui: Ideò quod eis reliqui,
Titius accipiat. an priores an verò posteriores, an utriqve convale-
scant? & Respondet *ibid.* quandoquidem falsus rumor nocere non
solet. l. si cum vel in utero. 10. C. de Testam. milit. Priores tantum prævale-
re. argum. l. Pactumejus fin. de Her. Instit. l. Titius. 25. in fin. pr. ff. de lib.
& postumis l. sicut certi. 9. d. l. si cum vel in utero. 10.

(m) Benedictus in cap. Kaynutius, de Testam. par. 1. ag. 115. n. 3. quem
allegat. d. Vasq. de S. P. §. 30. n. 73. in pr.



H 3

Co-

COROLLARIUM.

Testamentum tempore Pestis conditum heredis institutionem non desiderat.

Quod enim in Testamento solenni necessario heres instituendus sit, *l. proximè. 3. in f. de his quæ in Test. delent. l. 1. pr. de Hered. instit. l. 1. §. fin. de Vulgar. & pup. subst. §. in primis. 2. f. de Fid. heredit. illud est ex jure Civili, quod prædictam solennitatem introduxit, l. quod per manus. 10. & L. ult. ff. de Jur. Codicill. d. §. in primis. 2. f. de Fid. hered. §. ante heredis institutionem. 34. f. de Legat. Merlinus de Legitimâ. lib. 5. tit. 2. q. 8. n. 2. Donell. lib. 6. Comment. f. c. c. 11. & ibi Hillig. in not. lit. B. Gilken, ad l. 1. n. 24. C. de Her. Instit. Sed in Testamento tempore Pestis confecto omnes solennitates Juris Civilis, propter necessitatem, quæ legem non admittit, sunt remissæ, & solum Jus Naturale seu Gentium spectatur & observatur. Card. Tusch. tom. 5. Concl. Pract. lit. N. concl. 19. n. 1. Gail. lib. 2. obs. 118. n. 17. & 18. Quo Jure sufficiunt verba quælibet & communia, nec*

nec

nec solennis heredis institutio requiritur. Et pro
hac sententia in clyta Facultas Juridica Lipsiē-
sis respondere solet. Ordinarius Magnif. Dominus D.
Finckelthaus. *Obs. pract. 14. q. 1. n. 4. & seqq.* Dif-
sent. Carpz. *Jurispr. forens. part. 3. Const. 4. de-
fin. 12.*

F I N I S.



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to be a list or index of names and titles.

F I N I S

